

AENEIS SACRA CONTINENS ACTA DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI,

ET PRIMORVM MARTYRVM QVI PASSI ſunt tempore perſequutionis.

Omnia Virgilio-centonibus conſcripta,

Collecta per Fr. STEPHANVM PLEVRREVM
Pariſinum canonicum regularem Abbatiæ
Sancti Victoris.

Plures efficimur quoties metimur à vobis,
Semen eſt ſanguis Christianorum. Tertul. in Apolog.




PARISIIS,
Apud ADRIANVM TAVPINART, viâ Iacobæâ
ad inſigne Sphæræ.

M. D. C. XVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI DD. HENRICO DE GONDI D. DE RAIX Episcopo Parisiensi meritissimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali amplissimo.



MAGNVM decus, nec mediocrem gloriam (ô decus & gloria Præsulum) inter artes liberales Poësis obtinet, quæ sui merito cum scientia futurorum commune nomen sortitur: vtriusque enim periti propter affinitatem vates similiter nũcupãtur. Sicque fortasse accidit, vt apud veteres, Sibyllarum voces & oracula versibus promerentur.

Quæcumque in folijs descripsit carmina virgo, *3 æ.*
Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.

Haud certe possumus diffiteri, Maronem Poetarum principem, Christi Seruatoris aduentum in persona Salonini prædixisse: vt qui multa ex Sibyllinis oraculis Christianæ religionis arcana didicerit. Ausim illum dicere, non solum Christi, sed & SS. Martyrum gesta velut prophetico afflatum spiritu cecinisse. Cuius rei fidem facit præsens opusculum, multo nostro labore, sed iucũdo elucubratũ, si eodem, quo digestum est, animo & affectu excipiatur. Multæ quidem me ab incœpto causæ deterruerunt: sed plures & grauiores ad agendum incitauerunt. Sæpe mihi venit in mentem Legislatoris nostri de lectione Virgilij sentẽtia: Ecce (inquit) paratior sũ obliuisci errores Æneę, atq; omnia eiusmodi, quá legere & *D. Augustini 1. confess. c. 13.* scribere. *Et paulo antè,* Litteræ quibus tenere cogebar Ænęę



ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI DD. HENRICO DE GONDI D. DE RAIX Epiſcopo Pariſienſi meritiſſimo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali ampliſſimo.



AGNVM decus, nec mediocrem gloriam (ô decus & gloria Præſulum) inter artes liberales Poëſis obtinet, quæ ſui merito cum ſcientia futurorum commune nomen ſortitur: vtriuſque enim periti propter affinitatem vates ſimiliter nūcupātur. Sicque fortaſſe accidit, vt apud veteres, Sibyllarum voces & oracula verſibus promerentur.

Quæcumque in folijs deſcripſit carmina virgo, 3 æ.
Digerit in numerum, atque antro ſecluſa relinquit.

Haud certe poſſumus diffiteri, Maronem Poetarum principem, Chriſti Seruatoris aduentum in perſona Salonini prædixiſſe: vt qui multa ex Sibyllinis oraculis Chriſtianæ religionis arcana didicerit. Auſim illum dicere, non ſolum Chriſti, ſed & SS. Martyrum geſta velut prophetico afflatum ſpiritu ceciniſſe. Cuius rei fidem facit præſens opuſculum, multo noſtro labore, ſed iucūdo elucubratū, ſi eodem, quo digeſtum eſt, animo & affectu excipiatur. Multæ quidem me ab incœpto cauſæ deterruerunt: ſed plures & grauiores ad agendum incitauerunt. Sæpe mihi venit in mentem Legiſlatoris noſtri de lectione Virgilij ſentētia: Ecce (inquit) paratior D. Auguſtini 1 confeſ. c. 13.
ſū obliuiſci errores Æneę, atq; omnia eiuſmodi, quā legere & ſcribere. *Et paulo antè,* Litteræ quibus tenere cogebar Ænęę

nescio cuius errores, oblit⁹ errorũ meorũ: & plorare Didonẽ mortuã, quia se occidit ob amorẽ: cũ interea meipsum in his à te morientẽ, Deus me⁹, vita mea, siccis oculis ferrẽ miserrimus. Quid enim miserius misero nõ miserãte seipsũ? Et flẽte Didonis mortẽ, quæ flebat amãdo Æneã, nõ flẽte autẽ mortẽ suã, quæ fiebat non amãdo te? *Sic dubius hæsi ac pẽdulus censoriam illorum notam reformidans, qui supernis rebus intenti, grandi & hirsuto supercilio, Poëtas tanquam figmentarios aspernantur. Nec minus etiam verebar ne apud multos hic libellus nimis oleum redoleret, aut demorsos vngues saperet: quod plerumque legentibus nauseam & fastidiũ solet afferre. Sed enim misso ad aceruum Mercurij lapide*(Cardinalis Illustrissime) *te vnum qui es mihi instar omnium, iudicem appello: tibi instituti mei rationem aperire desidero. Cum enim placuit ei qui me de vtero matris segregauit, ex varijs huius seculi procellis, ad sacræ religionis portum, sub auspicijs B. Victoris me aduocare, nihil prius aut antiquius in votis habui, quàm vt grati ac deuoti erga Patronum animi significationẽ exhiberem: sicque ex profanis authoribus, quorum iam me tædium ceperat, velut fasciculum quẽdam, ad illius laudes celebrandas delibarem.*

Persius sat. 2. Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine pupæ.

Itaque tempore probationis, quo mihi à profana lectione penitus interdictum fuerat, expleto, breue carmen contexui sub hoc titulo S. Victoris victoria, virgilio-cẽtonibus cõscripta. *Multi qui legerunt, idem simul à me circa alios Martyres extorquere conati sunt. Alia vero ex parte seria studia me ab his ludicris reuocabãt: tandemque id ceptum est consilij, vt subcisiuis horis in hoc opus incumberem, tuoque nomini tenellum adhuc fœtum dedicarem. Sed vt facilius Aristarchorum morsus possim effugere, libet hic referre SS. Patrum Augustini præcipue ac Hieronymi, de studijs Ethnicorum testimonia. Quorum ille sic loquitur:* vtilia sunt ista,

a De doctrina Christiana cap. 26. nec discuntur illicitè, nec superstitione implicant, nec luxu

eneruãt:si tantũ occupẽt vt maioribus reb⁹, ad quas adipiscẽdas seruire debẽt non sint impedimento. *Quod confirmat* *cap. 45.*
Hebreorum exẽplo, qui vasis aureis & argenteis Ægyptũ spoliarunt: aperte significans licere à paganis vt ab iniustis possessoribus, quæ bona sunt & vtilia ad nostrum profectum accipere. In huius quoque sententiam pedibus ire videtur D. Hieronymus: Legerat vtique in Deut. Domini voce præceptum, mulieris captiuæ radendum caput, supercilia, omnes pilos & vngues amputandos, & sic eam ducendam in vxorem. Quid ergo mirum (*inquit ille*) si ego & sapientiam secularẽ, propter eloquij venustatem, & membrorũ pulchritudinẽ, de ancilla & captiua Israëlitidem facere cupio? & si quid in ea mortuũ est idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinũ, vel præcido vel rado, & mixtus purissimo corpori, vernaculos ex ea genero domino Sabaoth? *Et alibi:* Itaque & nos hoc facere solemus quando Philosophos legimus, quando in manus nostras libri veniunt sapientiæ sæcularis: si quid in eis vtile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus: si quid vero superfluum de idolis, de amore, de cura secularium rerum, hoc radimus, his caluitiũ inducimus, hæc in vnguium morem ferro acutissimo desecamus.

Ad Magnum Oratorem Rom. Epist. 84.

Ad Damasum PP. Epist. 146.

Jam vero (Cardinalis Amplissime) *si tua quæ maximi est apud omnes ponderis authoritas, nostris, vt spero, cœptis assistat: proculdubio caligantibus aduersantium oculis tenebras offundet. Solent enim qui hortulum quemdam amœnum à maioribus consitum diligenter excoluerunt, fructus inde nascentes magnifacere, ac quibuslibet alijs carioribus anteferre. Sic ego præsentem Æneidem, primitias laborum meorum, & fructum licet exiguum, tuis oculis non iniucundum, sed gratum et acceptum fore putaui. Gratum inquam, quia tuũ; gratum quia debitũ, vt qui ex horto Victorinæ Dom⁹ tibi subditę sit excerpt⁹. Liceat quęso in memoriã reuocare, quo studio maiores tui hortũ illũ in agro Parisiensis Ecclesiæ plãtarunt, vbertimque rigarũt. Nam quemadmodum [1] Regum muni*

1 Ludouici Grossi 2 Stephani 6? & successorum eius.

ficentia fūdati, ita Pontificū liberalitate dotati ac ditati sumus, adeo vt vtraq; potestas, quod sui iuris erat ad nostrū profectū & ornatū vltro contulerit. Quod magis est, quidam [1] exijs, non sua tantum, sed et se ipsos nobis donarūt, cum relicto Pastorali munere religionis habitum susceperunt. Sed vicissim Patrum nostrorum virtus ac meritum in hac vrbe tantum enituit, vt nōnulli [2] ad Pontificale fastigium etiam renitentes euecti fuerint. Alij [3] verò vt liberius Deo vacarent, posthabitis rerum secularium curis, in hanc domum, tanquam in tutissimum salutis portum se recipiebant. Multi [4] denique in eadem sibi sepulturæ locum delegerunt, vt paternum erga nos affectum conseruarēt. At si forte iniuria temporum, aut hominum incuria, regularis obseruantiæ feruor intepuit, si inimicus Zizania seminauit, si exortæ spinæ diuinum semen suffocarunt: ad ipsos pertinet Parisienses Episcopos iure Ordinario collapsam disciplinam restituere, Zizania tollere atque cōburere, tribulos euellere, ac diuini verbi semina propagare. Quod ab illis [5] hactenus factum, hoc ipso anno ad Dei gloriam & animarum salutem, à te dignissimo Præsule feliciter renouatū gratulamur. Vnde in tāti beneficij gratiam, tibi munusculum hoc quantulumcunque est, et præcoces fructus libenter offero, simulque ampliorem in messe, Deo dante, segetem promitto. Præclara Martyrum gesta tibi potissimum nouo Cardinali, de sancta Sede bene merito, firmissimo Ecclesiæ propugnatori dicari debuerunt. Insignis purpura qua refulges, martyrij desiderium, & ad subeunda quæuis pro fide Christi pericula constantiam repræsentat. Quapropter dum gregem tibi commissum verbo & exemplo docere nō desinis, assiduis erga Deum Opt. Max. votis efflagito, vt te in hac vita militantis Ecclesiæ Pastorem vigilantissimum, in futura inter oues triumphātis collocare dignetur.

Vale.

Vestræ Reuerentiæ humillimus
Fr. Stephanus Depleurre

[1] Stephanus 67. Mauritius 70 & Adenulphus de Anagnia electus & confirmatus 81. eiusdē sedis Episc.
[2] Odo de Soliaco 71.
[3] Reginaldus de Corbelio 7. Guillelmus quintus 84 & Fulco 2 de Chenaco 85.
[4] Stephanus & Mauritius suprадicti, Guillelmus 3. Aluernensis 75. Guillelmus & Fulco de Chenacon præmemorati.
[5] Ioanne Simon 100 & Stephano Poncherio 102.

AD LECTOREM.



VT præſentem Æneidem (beneuole Lector) inoffenſo decurras pede, notas ſimul & vtramque textus orã euoluere neceſſe eſt. Habes enim hinc & inde numeros, quorum prior librum, poſterior verſum deſignat; breuem inſuper explicationem, præſertimque nomina propria, quæ Centonum anguſtijs includi non potuerunt. Alia valde ſimilia, vt vides, ex ipſo Marone ſupplere conatus ſum, ne latum quidem vnguem à propoſito meo diſcederem. Nec vllus mihi ſuccenſere debet, ſi Deorum ac Diuorum communi vocabulo promiſcuè vtar, tãquam id paganiſmum redoleat: cum apud ſacros authores ſæpius in malam partem pro idolis vſurpentur. Nam & Pſaltes Regius vtroque modò vſus eſt: & qui ſemel dixit, *Terribilis eſt ſuper omnes Deos, quoniam Dij gentium Dæmonia*: Idem quoque ait, *Deus Deorum Dominus locutus eſt*: & *ego dixi Dij eſtis*, & cæt. Saltem à proprijs nominibus Iouis & Iunonis cæterorũque libẽter âbſtinui: ne idolorum ac dæmoniorum nomina (quod nefas eſt) vero Deo & Sanctis eius tribuerem. Forſan & quid Fati nomine intelligam, ſciſcitaberis; vtique non diuinam prouidentiam, ſed inhærentem rebus mobilibus diſpoſitionem, per quam ipſa prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus. *Boetius 4. de conſo latione Poeſa. 6.* Quantum verò ad hiſtoriæ veritatem, & temporum ſeriem pertinet, vnum Cardinalem Baronium ex neotericis ſcriptorem fideliſſimum ſum ſequutus: ad quem idcirco te remitto, ſi totum accuratiori, quod aiunt, ſtatera velis ponderare. Nihil enim in hoc opere noſtrum eſſe reperies: ſiquidem ſi rem ſpectes, Acta ſunt Martyrum, quibus honor, triumphi & victoriæ palma debetur: ſi carmen, huius author eſt Virgilius. Niſi forte dicere velis, & melius, totam huiuſce operis gloriam (ſi qua eſt) Deo ſummo eſſe referendam, qui & Sanctis incredibilem in ſubeundis pœnis conſtantiam, & Poetæ miram ſtyli grauitatem impertijt. Ipſi ſoli honor & gloria in ſæcula. Amen.

APPROBATIO DOCTORVM.

Nos subsignati Doctores in sacra Facultate Theologiæ, legimus præsentem librum, cui titulus est, Æneis sacra continens Acta D. N. Iesu Christi & primorum Martyrum &c. In quo auctor ipse ex auro Moloch. Christo & SS. Martyribus coronas conflasse videtur. Hunc librum non tantum legimus, sed etiam probauimus, ac præmissa de Deorum nominibus ad lectorem admonitione, dignum iudicauimus qui in lucem edatur. Datum Parisijs decimo tertio Maij Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo octauo.

IAC. MESSIER.
NIC. DENETS.

PRIVILEGE DV ROY.

Louys par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre, à nostre Senechal de Lyon, Marseille, Preuost de Paris, ou leurs Lieutenans, & tous autres nos Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Le Reuerend Frere Estienne Depleurre, Parisien, Chanoine Regulier de l'Abbaye S. Victor les Paris, nous a faict dire & remonstrer, qu'il a fait & composé vn liure intitulé, *Æneis sacra continens Acta Domini nostri Iesu Christi, nec non primorum Martyrum qui passi sunt tempore persecutionis, omnia Virgilio centonibus conscripta.* Lequel liure il desireroit faire imprimer par tel imprimeur que bon luy semblera: ce qu'il ne pourroit faire, s'il n'auoit sur ce nos lettres. A ces causes, & autres considerations à ce nous mouuãs, auons permis & accordé, permettons & accordons par ces presentes audit exposant, de faire imprimer, & mettre en lumiere ledit liure cy-dessus exprimé, faire vendre & distribuer, par tel Libraire & Imprimeur que bon luy semblera, & ce durant le temps & espace de neuf ans finis & accomplis, durant lequel temps nous auons fait, & faisons tres-expresses inhibitions, & defences à tous Libraires, & Imprimeurs de nostre Royaume, pays, terres, & seigneuries de nostre obeissance, d'imprimer, ou faire imprimer ledit liure cy-dessus specifié, à peine d'amẽde arbitraire, & de confiscation des exemplaires: si ce n'est par le congé, ou permission dudit exposant, ou de ceux qui auront droict de luy. Si vous mandons chacun de vous en vostre ressort & iurisdiction, tenir la main à l'execution des presentes: car tel est nostre plaisir. Donné à S. Germain en Laye le deuxiesme iour d'Aoust, l'an de grace, mil six cens dixhuict: Et de nostre regne le neufiesme. A la charge d'en mettre deux exemplaires dans nostre Bibliotheque des Cordeliers. Ainsi signé.

Par le Roy en son Conseil, PAVLMIER.

Ledit Frere Estienne de Pleurre, a transporté le Priuilege cy-dessus, à Adrian Taupinart, Marchand Libraire à Paris, pour par luy iouyr d'iceluy, en sa forme & teneur, durant le temps & espace de neuf ans. Fait ce sixiesme Aoust, 1618.



AENEIS SACRA
CONTINENS
ACTA DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI,

Et primorum Martyrum qui paſſi ſunt tempore perſequutionis.

Omnia Virgilio-centonibus conſcripta.

Collecta per FR. STEPHANVM PLEVRRÆVM Pariſinum Canonicum Regularem Abbatiæ Sancti Victoris.

PROLOGVS.



4 e. 5 VLTIMA Cumæi venit iam carminis ætas,
4 e. 6. Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
9 æ. 50 Tempore [1] quo * placida populos in pace regebat 8 æ. 325
6 æ. 792 Auguſtus Cæſar, * noſtris Deus appulit oris 3 æ. 338
6 æ. 691 Tempora dinumerans: * pietas antiqua labores 5 æ. 688
5 æ. 689 Reſpicit humanos: * cœli indulgentia terras 2 g. 345
1 æ. 696 Irrigat * & dulci aſpirans complectitur vmbra. 1 æ. 698
1 æ. 1 Ille [2] ego qui quondam gracili modulatus auena
1 æ. 2 Carmen, [3] & egreſſus ſyluis * per florea rura, 1 æ. 434
2 g. 1 Hactenus aruorum [4] cultus * pecorumque canebã, 4 g. 559
1 æ. 461 Bellaque iam fama totum vulgata per orbem

1 Christus natus eſt ſub Augusto Imp.

2 Loquitur in perſona Virgilij.
3 Bucolica.
4 Georgica.

1 Æneidem 10 æ. 830 Æneę [1] magni: * (series longiſſima rerum 1 æ. 645
1 æ. 646 Per tot ducta viros antiquę ab origine gentis.)
7 æ. 45 Maius opus moueo. * Procul ô procul eſte profani: 6 æ. 258
3 g. 3 Cętera quę vacuas tenuiſſent carmina mentes
4 g. 148 Pręterco: * maior rerum mihi naſcitur ordo. 7 æ. 44
1 Inuocatio ad Patrem. 11 æ. 410 Nunc ad te, & tua (magne [1] Pater) cõſulta reuertor,
8 e. 70 Carminibus * ſanctos auſus recludere fontes. 2 g. 175
1 g. 40 Da facilem curſum, atque audacibus annue cęptis:
3 g. 42 Te ſine nil altum mens inchoat: en age ſegnes
3 g. 43 Rumpe moras, * pelagoque volans da vela patenti. 2 g. 41
2 Ad filiũ. 2 g. 39. Tuque [2] ades, incœptumque vnà decurre laborẽ
1 æ. 669 Nate Patris ſummi, * & primi lege littoris oram. 2 g. 44
4 e. 53 O mihi tam longę maneat pars vltima vitę
4 e. 54 Spiritus, & quantum ſat erit tua dicere facta.
3 Religionis. 1 g. 5 Hinc canere incipiam [3] gentis cunabula noſtrę: 3 æ. 105
4 Sanctorũ. 1 æ. 645 Fortia facta [4] Patrum, * pugnataque in ordine bella, 8 æ. 629
5 Pôtifices 6 æ. 661 Quique [5] ſacerdotes caſti, dum vita manebat:
6 æ. 664 Quique ſui memores alios fecere merendo,
6 Martyres 10 æ. 213 Tot lecti [6] proceres * pugnando vulnera paſſi. 6 æ. 660
7 Virgines 10 e. 10 Naïades, [7] lætumque choro Pęana canentes 6 æ. 657
6 æ. 788 Omnes cœlicolas * amplecti verſibus opto. 2 g. 42
3 g. 289 Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere, magnum,
7 æ. 791 Argumentum ingens: * longa eſt iniuria, longę 1 æ. 345
1 æ. 346 Ambages, ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.
6 æ. 707 Ac veluti in pratis vbi apes æſtate ſerena
6 æ. 708 Floribus inſidunt varijs, * puriſſima mella 4 g. 163
1 æ. 437 Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas:
3 æ. 377 Pauca tibi è multis * (tu condita mente teneto) 3 æ. 388
4 æ. 685 Ore legam, * veterum voluens monimenta virorum. 3 æ. 102
2 g. 475 Me vero primum dulces ante omnia Muſæ
2 g. 477 Accipiant, cœlique vias & ſydera monſtrent.
1 g. 504 Iam pridem * iuuat ire iugis, quò nulla priorum 3 g. 292
3 g. 293 Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.



ACTA SCTI. IOANNIS BAPTISTÆ ET PRÆCVRSORIS DOMINI.

Natiuitas eius prout habetur Lucæ primo.

8 æ. 292 REGE sub [1]Eurystheo *venit de gẽte [2]Sacerdos. 7 æ. 750
7 æ. 564 Nobilis, & fama multis memoratus in oris:
2 g. 403 Fortunatus & ille, * & seruantissimus ęqui. 2 æ. 427
7 æ. 50 Filius huic fato Diuûm, prolesque virilis
7 æ. 51 Nulla fuit: * sed enim gelidus tardante senecta 5 æ. 396
5 æ. 396 Sanguis hebet, frigentque effœtę in corpore vires.
12 æ. 667 Imo in corde pudor: * cognato sanguine victus, 12 æ. 29
12 æ. 30 Coniugis & mœstæ lacrymis * dextrâque precantẽ 12 æ. 930
12 æ. 931 Protendens, * orans onerauitque ęthera votis. 9 æ. 24
1 æ. 483 Interea ad Templum, * puraque in veste sacerdos, 12 æ. 169
10 æ 538 Infula cui sacra redimibat tempora vitta,
3 æ. 376 Sortitur voluitque vices (is vertitur ordo.)
4 æ. 453 Vidit, thuricremis cum dona imponeret aris,
6 æ. 861 Egregium forma [3] iuuenem: stupet inscius ipse. 10 æ. 249
4 æ. 252 Hîc primum paribus nitens Cyllenius alis,
4 æ. 219 Talibus orantem [4] solatus vocibus infit. 5 æ. 708
11 æ. 797 Annuit oranti * diuum Pater atque hominum rex: 1 æ. 69
2 g. 53 Necnon & sterilis * partu dabit Ilia [5] prolem. 1 æ. 278

1 Herodo Ascalonita.
2 Zacharias.
3 Gabrielem Archangelum.
4 Verba Gabrielis ad Zachariã.
5 Elisabeth.

3 æ. 480 Vade (ait) ô fœlix gnati pietate, quid vltra?
12 æ. 234 Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris,
12 æ. 235 Succedet fama, viuusque per ora feretur.
4 e. 15 Ille Deûm vitam accipiet, Diuisque videbit
4 e. 16 Permistos heroas, & ipse videbitur illis:
6 æ. 781 Et pater ipse suo superûm iam signat honore.
9 æ. 14 Dixit, & in cœlum paribus se sustulit alis.
6 æ. 398 Quę contra breuiter: * Sed non ego credulus illis: 9 e. 34
12 æ. 868 Arrectæque horrore comæ, [6] & vox faucibus hæsit.
4 e. 10 Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo:
4 e. 61 Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
4 e. 62 Incipe parue puer, * cæli cui sydera parent: 10 æ. 176
8 e. 17 Nascere, prȩque diem veniens age Lucifer almum.
4 æ. 474 Ergo vbi concepit, * perfecto temporis orbe 6 æ. 745
2 æ. 591 Alma [7] parens, * vires vltra sortemque senectæ. 6 æ. 114
7 æ. 144 Dîditur hîc subito * volitans iam fama per vrbes, 7 æ. 104
9 æ. 637 ---Lȩtitiaque fremût, animosque ad sydera tollunt:
5 e. 62 Ipsi lætitia voces ad sydera iactant
5 e. 63 Intonsi montes, * nec partum gratia talem 9 æ. 298
9 æ. 299 Parua manet: * tanti talem genuere parentes. 1 æ. 611
8 æ. 268 Ex illo celebratus honos: lȩtique minores
8 æ. 269 Seruauere diem, * tot iam labentibus annis. 2 æ. 14

6 *Zacharias propter incredulitatem vsum linguæ perdidit.*

7 *Elisabeth*

Pœnitentia eius & prædicatio in deserto. Math. 3.

6 e. 80 Quo cursu deserta petiuerit, * ordine dicam; 4 g. 537
11 æ. 573 Vtque pedum primis infans vestigia plantis
11 æ. 574 Institerat: * qualis coniecta cerua sagitta, 4 æ. 69
11 æ. 810 Continuò in montes sese auius abdidit altos,
9 æ. 311 Ante annos animumque gerens curamque virilem.
2 æ. 393 Induitur * folijs, & pelle libystidis vrsæ: 8 æ. 368
11 æ. 577 Tigridis exuuię per dorsum à vertice pendent:
3 g. 230 Dura iacet pernix instrato saxa cubili.
3 æ. 649 Victum infelicem baccas lapidosaque corna

3 æ. 650 Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbę,
4 e. 30 Et durę quercus sudabant roscida mella:
3 g. 529 Pocula sunt fontes liquidi.* Nec ferrea iura 2 g. 501
2 æ. 502 Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.
4 g. 132 Regum ęquabat opes animis,* est omnia quando 11 æ. 509
11 æ. 510 Iste animus supra,* quo non fœlicior alter 9 æ. 772
2 g. 495 Illum non populi fasces, non purpura Regum
2 g. 496 Flexit, & infidos agitans discordia fratres
10 æ. 193 Linquentem terras, & sydera voce sequentem.
11 æ. 100 Iamque Oratores * delectos ordine ab omni. 7 æ. 152
9 æ. 193 Exposcunt mittique viros qui certa reportent,
10 æ. 150 Quidue petat, quidue ipse ferat,* nomenq; genusq; 10 æ. 149
3 æ. 590 Cum subito è syluis, macie confecta suprema
3 ę. 592 Procedit * noua forma viri miserandaque cultu, 3 æ. 591
12 æ. 611 Caniciem immundo perfusam puluere turpans.
1 æ. 476 Vox [2] quoque per lucos vulgo exaudita silentes
1 æ. 513 Pœniteat: * curis acuens mortalia corda, 1 g. 123
6 æ. 46 Tēpus (ait) Deus ecce Deus,* cursūque per auras 6 æ. 199
6 æ. 195 Dirigite: * ipse Deum manifesto in lumine vidi. 4 æ. 358
1 æ. 26 Venturum * inspirat vates, aperitque futura: 6 æ. 12
9 æ. penu. Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis,

[1] *Iudæi mittunt sacerdotes & leuitas ad Ioannem Ioan. 1.*

[2] *Vox clamantis in deserto parate viam domini.*

Decollatio eius. Marci. 6.

Quæ contigit in Paschate præcedente Dominicam Passionem.

7 æ. 404 Talem inter syluas, inter deserta ferarum
2 æ. 92 Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebat.
6 æ. 612 Quique ob adulteriū,* aut odium crudele [3] Tyrāni, 1 æ. 365
11 æ. 398 Inclusus muris,* ibi demum morte quieuit. 9 æ. 445
8 æ. 102 Forte die solemnem illo rex [4] Arcas honorem
3 æ. 58 Delectos populi ad proceres,* genialibus altis 6 æ. 603
2 e. 33 Instituit: * stratoque super discumbitur ostro. 1 æ. 704
1 ę. 705 Dant famuli manibus lymphas, ceremq; canistris.
2 g. 194 Lancibus & pandis * epulęque ante ora paratę 6 æ. 604

[3] *Herodis Antipæ*

[4] *Herodes fecit cœnā natalis sui*

	8 ç. 27	Alituum, pecudumque genus, * genus omne ferarum,	4 g. 223
	6 æ. 726	Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pōtus:	
	1 æ. 728	Crateras magnos statuunt, & vina coronant.	
	7 æ. 110	Subijciunt epulis * & mensæ grata secundæ	8 æ. 283
1 Bacchi.	4 æ. 640	Munera, lætitiamque [1] Dei. * Cunctique relictis	8 æ. 109
	8 æ. 110	Consurgunt mensis, * & amor compressus edendi.	8 æ. 184
	8 æ. 285	Tum Salij ad cantus * euincti tempora ramis	8 æ. 286
	6 æ. 644	Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt:	
	1 æ. 729	Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant	
	1 æ. 730	Atria; dependent lychni laquearibus aureis.	
	5 æ. 583	Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus.	
	3 æ. 630	Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus,	
	3 æ. 353	Illos porticibus rex accipiebat in amplis.	
	12 æ. 47	Vt primum fari potuit, sic institit ore:	
2 Puellam saltatricem.	3 e. 76	Phyllida [2] mitte mihi, meus est natalis, Iola.	
	1 g. 350	Det motus incompositos, & carmina dicat.	
	7 æ. 381	Curuatis fertur spatijs * lasciua puella	3 e. 64
	8 æ. 453	In numerum * magno in gyro, vacua atria circum.	7 ç. 379
	5 æ. 833	Princeps ante omnes, * animum labefactus amore,	4 æ. 395
	1 æ. 499	Dum stupet, obtutuque hæret defixus in vno,	
	1 æ. 717	Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.	
	4 æ. 412	Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?	
3 Rapuit Herodiadē uxorem Philippi fratris sui.	6 æ. 623	Hic thalamū [3] inuasit, * incōcessosque hymenæos:	1 ç. 655
	4 ç. 172	Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.	
4 Herodias	8 e. 49	Crudelis [4] mater magis an * lasciua [5] puella?	3 e. 64
5 Filia saltatrix.	6 æ. 142	Hoc sibi pulchra suum ferri [6] Proserpina munus	
6 mater sua. sit filiæ ut peteret in disco caput S. Ioannis.	3 æ. 371	Sacrati capitis * Stygijs emissa tenebris	3 g. 551
	6 ç. 143	Instituit, * notumque furens quid fœmina possit.	5 ç. 6
	12 æ. 213	Cōspectu in medio procerum * rex deinde superbo	8 æ. 481
	8 æ. 482	Imperio, * & rapta grauiter pro coniuge sæuit,	4 g. 456
7 Spiculator Ioannē decollat in carcere.	10 e. 31	Tristis at ille tamen * curam sub corde premebat.	4 ç. 352
	6 æ. 236	His [7] actis propere exequitur, * summūq; putator	2 g. 28

1 æ. 690 Regales inter mensas * caput altius effert. 3 g. 553
7 æ. 386 Maius adorta nefas, maioremque orsa furorem
6 æ. 571 Tisiphone [1] quatit insultans, * vincturaque linguam 2 g. 94
11 æ. 685 Traijcit: & super hæc inimico pectore fatur,
10 æ. 557 Istic nunc metuende iace.

[1] Herodias capite oblato discriminali acu linguã confodit.

Miserabilis exitus Herodis, Herodiadis & puellæ saltatricis.

---------------------- Deus æquore mersit 6 æ. 348
8 æ. 438 Gorgona [2] desecto vertentem lumina collo,
10 æ. 764 Cum pedes incedit medij per maxima Nerei
10 æ. 765 Stagna, viam scindens: * glacië cùm flumina trudũt:
4 g. 135 Et cum tristis hyems etiamnunc frigore saxa 1 g. 310
4 g. 136 Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum,
10 æ. 347 Sub mentum grauiter pressa, * & moribũda pepēdit. 10 æ. 341
4 æ. 215 Et nunc ille [3] Paris cum semiuiro comitatu.
8 æ. 406 Coniugis infusus gremio * subsedit adulter 11 æ. 268
11 æ. 267 Coniugis infandæ: * meritò fœdissime pulsum 11 æ. 392
1 g. 404 Apparet liquidò * regnis cessisse paternis: 3 æ. 121
5 æ. 710 Quicquid erit, casus factum quicumque sequetur: 9 æ. 299
3 æ. 628 Haud impune * finit superi regnator Olympi. 2 æ. 779
6 æ. 879 Heu [4] pietas! heu prisca fides! * belliq; propinqui 11 æ. 156
11 æ. 157 Dura rudimenta, * & nunquam concessa moueri. 3 æ. 700
6 æ. 792 Hic vir, hic est * nobis [5] Aurora, diemque reducit, 1 g. 249
1 g. 447 Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
1 g. 250 Nos vbi primus equis Oriens afflauit anhelis.

[2] Puella saltatrix cũ pedes traijceret fluuiũ congelatũ hyemali tẽpore glacie rupta capite tenus demergitur.

[3] Herodes tetrarchia multatus cum Herodiade Lugdunum relegatur. an. d. 40.

[4] Epilogus

[5] Ioãnes est aurora ante solem Christum.

ACTA DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

4 e. 6

4 e. 7

Aduentus eius.



8 æ. 200 IAm redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,
8 æ. 201 Iam noua progenies cœlo demittitur alto. 2 ç. 2
8 ç. 589 Attulit & nobis aliquando optantibus, ętas
8 æ. 591 Auxilium aduentumque Dei. * Sic orsus ab alto
10 ç. 211 Qualis vbi Oceani perfusus Lucifer vnda 5 ç. 647
8 c. 45 Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resoluit.
1 Generatio Christi temporalis ex matre. 1 ç. 19 Frons hominem præfert: * diuini signa decoris 4 ç. 227
7 æ. 281 Nec nostri generis puerum nec sanguinis edunt. 7 ç. 660
9 ç. 248 Progeniem sed enim * genitrix[1] pulcherrima talem 4 g. 340
2 Generatio aeterna ex patre. 6 æ. 592 Semine ab ętherio * sub luminis edidit auras: 8 æ. 139
9 æ. 11 Non tamen omnino * Lucinæ experta labores. 2 æ. 560
6 æ. 792 At Pater[2] omnipotens * conceptum vertice fudit:
3 Cessatio oraculorum & sacrificiorum. 6 æ. 799 Ante annos * subijt chari genitoris imago. 6 æ. 347
3 g. 490 Hic vir hic est tibi quem promitti sæpius audis.
3 g. 491 Huius in aduentu[3] Phœbi cortina fefellit:
4 Prophetia Sibyllæ. 4 c. 46 Inde neque impositis ardent altaria fibris, 6 æ. 98
3 æ. 446 Nec responsa potest consultus reddere vates.
6 æ. 100 Talia secla suis * dictis Cumęa Sibylla 4 æ. 557
Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit:
Obscuris vera inuoluens, * ita visa monere est.

9 ç. 80 4 g. 232

6 æ. 426

Natiuitas. Luc. 2. 3 g. 531

5 Gloria in excelsis. 6 ç. 888 Tempore quo primum * os terris ostendit honestū: 6 æ. 657
11 ç. 567 Continuò auditę voces * regionibus illis,
4 ç. 99 Aëris in campis latis[5] pęana canentes, 4 g. 152
6 Pastorum accursus ad præsepium. 1 c. 22 Non illum tectis vllę, non mœnibus vrbes 7 g. 679
1 æ. 714 Quin potius * cęli Regem pauêre sub antro. 7 æ. 275
Pastores * genitum[6] pecora inter agrestia Regem,
Flagrantesque Dei vultus, * pręsepibus altis,

6 ę.163 Vt venêre vident * medio iam noctis abactę. 8 æ.407
9 ę.224 Cętera per terras omnes animalia somno
9 æ.225 Laxabant curas, & corda oblita laborum.

Adoratio Magorum. Matth. 2.

6 æ.255 ECCE autem primi sub lumina Solis & ortus,
2 æ.694 Stella facem ducens multa cum luce cucurrit:
5 æ 526 Signauitque viam * cœli in regione serena. 8 æ.528
8 æ.330 Tum [1] Reges * (credo, quia sit diuinitùs illis 1 g.415 — 1 Magi.
1 g.416 Ingenium, & rerum fato prudentia maior)
7 æ.98 Externi veniunt, * quæ cuique est copia, læti 5 ę.100
11 æ.333 Munera portantes: * molles sua thura Sabæi, 1 g.57
3 æ.464 Dona de hinc auro grauia, * myrrhaque madentes 12 æ.100
9 æ.659 Agnouêre Deum * Regem, regumque parentem. 6 æ.765
1 g.418 Mutauêre vias, * perfectis ordine votis: 3 æ.548
6 æ.16 Insuetum per iter, * spatia in sua quisque recessit. 12 æ.126

Fuga in Ægyptum. Matth. 2.

6 æ.20 IN foribus [2] lethum, * sęuique in limine Regis. 12 æ.849 — 2 Mors Innocentium & fuga Christi in Ægyptum.
4 ę.460 Hinc exaudiri voces, * vagitus & ingens, 6 æ.426
6 æ.427 Infantumque animæ flentes: * crudelis vbique 2 ę.368
2 æ.369 Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.
7 æ.518 Et trepidę matres pressere ad pectora natos.
5 æ.610 Nulli visa cito decurrit tramite Virgo:
11 æ.541 Infantem fugiens * gremio Dea tollit in altos 1 æ.696
1 ę.697 Idaliæ lucos: * terrore Ægyptus, & Indi, 8 æ.705
8 æ.706 Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabęi:
1 æ.627 Tempore iam ex illo * plus septima ducitur æstas. 4 g.207

Ars fabrilis, & gesta eius vsque ad annum trigesimum.

4 e.41 RObustus quoq; iã * nõ immemor ille [3] parentũ 5 æ.39 — 3 Maria & Ioseph.
8 æ.415 Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit:

4 g. 3 Admiranda tibi leuium*spectacula rerum:
4 g. 6 In tenui labor, at tenuis * nec gloria cessit, 5 g. 394
5 æ. 803 Nec minor in terris * Deus æthere missus ab alto. 4 æ. 574
1 æ. 273 Triginta magnos voluendis mensibus orbes
1 æ. 388 Ipse ignotus, egens, * voluit consistere terra. 1 æ. 633

Prædicatio & miracula vsque ad mortem.

3 g: 300 POsthinc digressus, * virtutem extendere factis 6 æ. 807
[1 Prædicatio.] 8 g. 373 Incipit, & dictis diuinum [1] aspirat amorem.
[2 Miracula.] 4 æ. 245 Illa [2] fretus, agit * morbos, agit ante metumque: 3 g. 552
7 g. 548 Hoc etiam his addam, * hac animas ille euocat Orco 4 æ. 242
4 æ. 243 Pallentes: * dicto citius tumida æquora placat: 1 æ. 146
1 g. 419 Densat, erant quæ rara modo; & quæ densa, relaxat:
4 g. 441 Omnia transformat sese in miracula rerum.
4 g. 147 Verum hæc ipse quidem, spatijs exclusus iniquis
4 g. 148 Prætereo, atque alijs post cõmemoranda relinquo.
[3 An. 34. inchoato] 3 g. 190 At tribus exactis vbi [3] quarta accesserit ætas,
[4 Mors & resurrectio.] 4 æ. 475 Decreuitque [4] mori * superasque euadere ad auras 6. æ. 128
1 æ. 37 Tantæ molis erat * nutantem pondere mundum 4 e. 50
9 æ. 400 Eripere: * & generis lapsi sarcire ruinas, 4 g. 249
[5 Adami. 6 Serpentis.] 1 æ. 45 Vnius [5] ob noxam, * & priscæ vestigia [6] fraudis. 4 e. 31

Ingressus Hierosolymis. Matth. 21.

6 æ. 856 ASpice vt insignis spolijs * agitator aselli 1 g. 273
11 æ. 514 Per deserta iugo properans aduẽtat ad vrbem.
6 æ. 866 Quis strepitus circa; * medium nam plurima turba 6 æ. 667
6 æ. 668 Hunc habet: atque humeris extantem suspicit altis.
5 æ. 472 Accipiunt palmam * decisis vndiquẽ ramis: 11 æ. 5
4 æ. 444 Consternunt terram * vestes, velamina nota. 6 æ. 221
6 æ. 589 Ibat ouans * magna medius comitante caterua: 5 æ. 76
5 æ. 830 Vnà omnes * pueri, & primæuo flore iuuentus. 7 g. 162
8 æ. 717 Lætitia, ludisque viæ, plausuque fremebant:
[7 Osanna.] 10 æ. 738 Conclamant socij lætum [7] Pæana secuti.

8 æ.280 Deuexo interea propior fit vesper Olympo.
9 c. 8 Incipiunt * vulgi variare labantia corda: 12 æ. 223
1 g. 420 Vertuntur species animorum, & pectora motus
ib. 422 Concipiunt * alios, dum nubila ventus agebat. 1 g. 421
3 æ. 294 Hîc incredibilis rerum fama occupat aures,
7 æ. 69 Aduentare virum * præclara stirpe Deorum, 4 g. 322
1 æ. 291 Imperium Oceano, famam qui terminet astris:
12 æ. 839 Supra homines, supra ire Deos * pietate. Quid vltra? 3 æ. 480
7 æ. 765 Namque ferunt * hinc progeniem virtute futuram 7 æ. 257
7 æ. 258 Egregiam, totum quæ viribus occupet orbem:
1 æ. 286 Romanos rerum Dominos, gentemque togatam.

Consilium Sacerdotum de morte Christi. Ioan. 11.

8 æ. 281 IAmque Sacerdotes * cœlo capita alta ferentes, 3 æ. 678
9 æ. 227 Consilium summis de regni rebus habebant.
3 æ. 679 Concilium horrendum: quales cum vertice celso,
9 æ. 680 Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,
3 æ. 680 Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
9 æ. 682 Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
9 æ. 688 Tum magis increscunt animis discordibus iræ.
11 æ. 454 Flet mœsti, mussantque Patres: hic vndique clamor
11 æ. 455 Dissensu vario magnus se tollit in auras:
12 æ. 827 Sit Romana [1] potens Itala virtute propago? 1 Venient Romani
2 g. 534 Scilicet & * nostris illuserit aduena regnis? 4 g. 591
11 æ. 225 Hos inter motus * certatim aræque [2] Sacerdos, 8 æ. 179 2 Cayphas prophetat expedit vt vnus moriatur homo pro populo.
8 æ. 627 Haud vatum ignarus, venturique inscius æui,
6 æ. 50 Nec mortale sonans, * sic fatis ora resoluit. 4 g. 452
2 æ. 118 Sanguine quærendi reditus, animaque litandum:
5 æ. 815 Vnum pro multis dabitur caput *: Inde lupi ceu 2 æ. 355
2 æ. 356 Raptores atra in nebula, quos improba ventris
9 æ. 64 Ex longo rabies * collecta fatigat edendi: 9 æ. 63
11 æ. 337 Obliqua inuidia, * pœnas cum sanguine poscunt, 2 æ. 72
6 æ. 624 Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti:

12 æ. 336 Itaque, insidiæque, Dei comitatus aguntur.
2 g. 380 Non aliam ob culpam, * cęlum rescindere fratres 1 g. 280
6 æ. 584 Aggressi, superisque Iouem detrudere regnis,
6 æ. 581 Fulmine deiecti * (si rite audita recordor.) 3 ç. 107

Institutio sanctissimi Sacramenti.

1 Corpus Christi sub specie panis

3 æ. 301 Solemnes tam forte dapes, [1] Corpusq; reliquit 10 æ. 820
7 æ. 113 Exiguám in Cererẽ, * summi regnator Olympi. 7 æ. 558
8 ç. 278 Et sacer impleuit dextram scyphus: ocyus omnes
8 æ. 279 In mensam lęti libant * cęlestia dona. 4 g. 1
2 æ. 309 Tum verò manifesta fides, * neque cernitur vlli 1 æ. 444
3 æ. 548 Haud mora continuò * se vertere [2] vina cruore. 4 æ. 455

2 Vinum mutatur in sanguinem.

2 æ. 447 Extrema iam in morte, * illa hęc monimẽta reliquit: 6 æ. 512
4 æ. 539 Et benè apud memores veteris stat gratia facti.

Proditio à Iuda facta.

2 g. 429 Nec minus interea * de vita & sanguine certant: 12 ç. 765
4 æ. 294 Tẽpora, quis reb⁹ dexter modus, ocyus omnes
4 ç 57 Exquirunt, * festis [3] quædam exercere diebus 1 g. 268

3 Propter Pascha.

1 g. 270 Relligio vetuit: medio flagrante tumultu 11 ç. 225
8 æ. 269 Seruauere diem, * periurique arte [4] Sinonis 2 ç. 195

4 Iuda.

2 æ. 61 (Obtulerat * qui se ignotum venientibus vltro 2 ç. 59
2 æ. 60 Hoc ipsum vt strueret) * patet isti ianua letho. 2 æ. 661
3 g 382 Gens effrena virûm * votis respondet auari: 1 g 42
6 æ. 621 Vendidit hic [5] auro patriam, dominumq; potentem

5 30 Argenteis.

12 æ. 352 Affecit pretio; * spem turbidus hausit inanem. 10 æ. 648
9 e. 17 (Heu cadit in quenquã tantũ scelus?) * Inde repẽte 8 æ. 238
11 æ. 704 Consilio versare dolos ingressus & astu,
5 æ. 130 Constituit signum, * & sęuo sic pectore fatur: 12 æ. 888
1 æ. 691 Cum dabit amplexus, [6] atque oscula dulcia figet,
2 ç. 377 Festinate viri * collo dare brachia circum. 6 æ. 700

6 [illegible]

4 ç. 136 Tandem progreditur magna stipante caterua:
12 æ. 278 Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum

12 æ. 279 Corripiunt, cæcique ruunt, * fremit arma iuuentus: 11 æ. 453
9 æ. 74 Atque omnis facibus pubes accingitur atris.

Agonia Christi et oratio in horto Olineti.

10 æ. 362 AT parte ex alia * rex omnipotentis Olympi, 12 æ. 791
4 æ. 452 Quò magis incœptũ peragat, luceq; relinquat,
10 æ. 770 Obuius ire parat: * campo sese arduus infert 9 æ. 55
6 æ. 626 Inter odoratum [1] lauri nemus, vnde superne
7 æ. 567 Dat sonitum saxis & torto vertice [2] torrens.
2 æ. 438 Hic vero ingentem pugnam, * sociosque [3] parabat: 1 æ. 364
4 æ. 143 Qualis vbi * Delum maternam inuisit Apollo 4 ç. 144
4 ç. 145 Instauratque choros, * haud illo segnior ibat. 4 æ. 149
7 æ. 393 Idem omnes simul ardor agit. * vox omnibus vna, 5 æ. 616
2 æ. 675 Si periturus [4] abis, & nos rape in omnia tecum.
4 ç. 534 En quid agam? * noua mî facies inopinaue surgit. 6 æ. 104
3 ç. 39 Eloquar an sileam? * quid me alta silentia cogis 10 æ. 63
10 ç. 64 Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
4 e. 45 Sponte sua * densos fertur moriturus in hostes, 2 æ. 511.
2 g. 395 Et ductus cornu stabit sacer [5] Hircus ad aram:
6 æ. 863 Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu.
3 æ. 47 Tum verò ancipiti mentem formidine pressus,
5 ç. 482 Ille super tales effudit pectore voces:
10 æ. 670 Quò feror? [6] vnde abij? * aut quò nunc certamine tanto? 4 æ. 98
2 ç. 726 Et me quem dudum non vlla iniecta mouebant,
2 ç. 728 Nunc omnes terrent auræ: * mihi frigidus horror 3 æ. 29
3 æ. 30 Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.
11 ç. 608 Iamque intra iactum teli * paucisque relictis 3 æ. 190
11 ç. 87 Sternitur, & toto proiectus corpore terræ,
3 æ. 177 Ad cœlum cum voce manus * vtrasque tetendit. 6 æ. 685
4 g. 537 Sed modus orandi qui sit, prius ordine dicam.
10 æ. 668 Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum
10 æ. 669 Duxisti, & tales voluisti expendere pœnas?

1 In horto Oliueti. 2 Cedron. 3 Discipulos.
4 [illegible]rius & nos moriamur cũ illo.
5 Victima pro peccatis
6 Tristis est anima mea.

1 transfert à me calix iste — 10 æ. 18 O Pater * in [1] melius tua, qui potes, orsa reflectas : 10 æ. 632

2 æ. 54 Et si fata Deûm, * si fert ita corde voluntas, 6 æ. 675

12 æ. 833 Do quod vis, & me victusque volensque remitto.

3 æ. 606 Si pereo manibus hominum, perijsse iuuabit.

3 æ. 175 Tum gelidus toto manabat corpore sudor:

10 æ. 487 Vna eademque via * liquuntur sanguine guttæ. 3 æ. 28

Aduentus Angeli Christum confortantis.

10 æ. 466 TVm genitor *(neq; enim patrius cõsistere mẽtẽ 1 æ. 647

2 Angelis. 1 æ. 648 Passus amor) * Maia [2] genitum demittit ab alto. 1 æ. 301

2 æ. 438 Hic vero * primum pedibus talaria nectit 4 æ. 239

4 æ. 240 Aurea, quæ sublimem alis * cum flamine portant. 4 æ. 241

4 æ. 219 Talibus orantem * solatus vocibus infit, 5 æ. 708

12 æ. 220 Suppliciter venerans, * & terra subleuat ipsum. 10 æ. 831

1 g. 353 Ipse Pater * tibi me claro demittit Olympo, 4 æ. 268

4 æ. 270 Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras :

1 æ. 668 Nate meæ vires, mea magna potentia solus,

2 æ. 324 Venit summa dies & ineluctabile tempus :

3 Discipuli 4 æ. 123 Diffugient [3] Comites, & nocte tegentur opaca,

6 æ. 95 Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

1 æ. 546 Si genus humanum, * & mentem mortalia tangunt, 1 æ. 466

5 æ. 354 Et te lapsorum miseret, * nunc tempus agi res. 5 æ. 638

4 e. 50 Aspice conuexo nutantem pondere mundum:

1 g. 41 Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes

1 g. 42 Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari,

3 æ. 461 Hæc sunt quæ nostra liceat te voce moneri.

4 Angelus 6 æ. 889 Quæ postquam * tali [4] Cyllenius ore loquutus, 4 æ. 276

9 æ. 657 Mortales medio aspectus sermone reliquit.

5 Christus amor Patris. 1 g. 693 Paret Amor [5] dictis: * propius iam vrgente caterua 11 æ. 564

6 Discipulos. 5 æ. 454 Acrior ad pugnam * graditur, [6] sociosque reuisit. 8 æ. 546

3 æ. 259 At socijs subita gelidus formidine sanguis

3 æ. 260 Diriguit, cecidere animi * discrimine tali ; 9 æ. 210

3 g. 523 Soluuntur latera, atque oculos stupor vrget inertes.

10 æ. 368 Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris,
11 æ. 731 Nomine quęque vocās.* En hæc promissa fides est? 6 æ. 346
9 æ. 38 Hostis [1] adest,* quæ tanta animis ignauia venit? 11 æ. 733 1 Sustinete hic & vigilate mecū
4 æ. 573 Pręcipites vigilate viri, * nunc ipsa vocat res 9 æ. 320

Captura Christi.

3 æ. 563. LÆuam cuncta cohors*volat atri turbinis instar 12 æ. 923
9 æ. 540 In partem: * globus ille virûm dēsissimus vrget. 10 æ. 373
12 æ. 464 Ipse neque aduersos dignatur sternere morti:
1 æ. 600 Improuisus ait. Coràm, quem [2] quęritis, adsum 2 Quem quæritis? ego sum.
5 æ. 335 (Nam sese opposuit)*nec plura effatus: at illi 8 æ. 443
10 ę. 573 Vt videre metu versi, retroque ruentes,
12 æ. 656 Discessere omnes: * nec quisquam ex agmine tanto 5 æ. 378
5 æ. 379 Audet adire virum, manibusque inducere cæstus.
6 æ. 290 Corripit hic [3] subita trepidus formidine ferrum, 3 Petrus amputat auriculam Malcho.
11 æ. 34 Circum omnes famulûmque manus: * pręque omnibus vnum 3 æ. 435
12 æ. 511 Hunc mucrone ferit, *ferrumque sub aure reliquit. 11 æ. 637
9 æ. 93 Filius [4] huic contra * placido sic reddidit ore: 11 æ. 251 4 Christus.
3 æ. 42 Parce pias scelerare manus, * & inutile [5] ferrum 2 æ. 510 5 Mitte gladium in vaginam
12 ę. 49 Deponas, lethumque sinas pro laude pacisci.
2 æ. 534 Non tamen abstinuit * medicari [6] cuspidis ictum. 7 æ. 756 6 Christus restituit auriculam Malcho.
7 æ. 362 Perfidus [7] alta petens, * nubi se immiscuit atræ: 10 æ. 664 7 Iudas
1 æ. 260 Oscula libauit * fatis adductus iniquis. 10 æ. 380
6 c. 23 Ille dolum [8] ridens, * delibans oscula fatur: 12 æ. 434 8 Christus.
6 æ. 389 Fare age quid [9] venias?*nihil ô tibi, amice, relictū est. 6 æ. 509 9 Amice ad quid venisti? Cenat
4 c. vlt. Nec Deus hunc [10] mensa,*ex oculis auertit & aufert: 4 æ. 389
9 æ. 430 Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
6 æ. 80 Os rabidum, fera corda domās,*oculisque malignis 5 æ. 664
6 æ. 422 Corripit obiectā,* & medicatis frugibus offam. 6 æ. 420 10 Intinctum panē.
1 æ. 618 Casu deinde viri tanto,* Titania [11] pubes 6 æ. 580 11 Satellites.
10 æ. 419 Iniecēre manum,* quoniam est oblata facultas. 4 g. 437
10 æ. 717 Ille autem impauidus,* sic ore effatus amico est: 3 æ. 463 Quotidie apud vos eram.

1 Quotidie apud vos eram. 8 e. 38 Dux [1] ego vester erã,* quò vincula nectitis? inquit. 6 e. 23

Fuga Discipulorum, et negatio Petri.

5 æ. 468 AST illum fidi æquales* (sibi quisque timebat) 2 æ. 130
2 æ. 565 Deseruere omnes defessi,* morte sub ægra. 3 g. 512
2 Petrus sequens Christum. 6 æ. 809 Quis procul ille [2] autem,* qui sic comitatur euntẽ? 6 æ. 864
6 æ. 867 Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbrâ.
12 æ. 203 Quò res cũque cadent,* quo vergat pondere lethũ 12 æ. 727
10 æ. 666 Respicit ignarus rerum * sed voce Magistrum 5 e. 48
2 æ. 654 Abnegat, inceptoque & sedibus hæret in iisdem:
3 Ancilla ostiaria 7 æ. 345 Fœmineæ * ad [3] sonitum vocis vestigia torsit. 3 æ. 669
4 Galli cantus. 9 æ. 374 Prodidit immemorẽ,* volucrũ [4] sub culmine cãtus: 8 æ. 456
5 æ. 455 Tum pudor incendit vires:* pronusque Magister 1 æ. 119
5 æ. 168 Respicit instantem tergo,* cui mentem animumq; 6 ç. 11
4 æ. 364 Luminibus tacitis dedit,* & miseratus amantem est. 4 æ. 370
5 Regressus foras Petrus fleuit amarè. 10 ç. 794 Ille pedem referens,* pectus [5] percussit honestum: 12 æ. 155
6 æ. 455 Demisit lacrymas, * & multa morte recepit 9 ç. 348
2 æ. 145 His lachrymis vitam,* relegens errata retrorsum. 3 æ. 690

Falsa Iudæ pœnitentia.

6 Iuda 4 æ. 305 DIssimulare etiam sperasti, perfide, [6] tantum 4 æ. 451
4 æ. 306 Posse nefas? * tædet cœli conuexa tueri: 4 æ. 84
7 Christo qui est imago Patris. 12 æ. 600 Se causam clamat * genitoris [7] imagine capta,
12 æ. 612 Multaque se incusat.* Merui [8] nec deprecor, inquit, 21 æ. 931
8 Peccaui tradens sanguinem iustum. 7 æ. 230 Innocuum * ad mortem si te (fors dicta refutet) 12 æ. 41
12 æ. 42 Prodiderim,* quid agam? aut quæ iam satis ima dehiscat 10 æ. 675
10 æ. 676 Terra mihi?* aut quid iã misero mihi denique restat? 2 æ. 70
5 æ. 852 Talia dicta dabat,* nec quid speraret habebat, 2 e. 2
4 æ. 631 Inuisam quærens quamprimum abrumpere lucem.
12 æ. 603 Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta:
6 æ. 49 Et rabie fera corda tument:* & spiritus oris 4 g. 300
4 g. 301 Multa reluctanti obstruitur,* colloque pependit: 1 æ. 719

4 g. 302 Tunsa[1] per integram soluuntur viscera pellem.
3 g. 363 Aeraque[2] dissiliunt: * penitus defossa talenta 10 æ. 526
2 æ. 719 Attrectare nefas * cuncti simul ore fremebant: 1 æ. 563
1 æ. 371 Mercatique solum,[3] facti * quod nomine dicunt. 3 g. 280

1 Suspensus crepuit medius.
2 Proiecit argenteos.
3 Haceldama.

Qualiter pernoctarit Christus in domo Caypha.

2 æ. 268 TEmpus erat quo prima quies mortalibus ęgris
2 ę. 269 Incipit, & dono Diuûm gratissima serpit.
5 æ. 680 Sed non idcirco,* torquet qui sydera mundi, 9 ę. 93
1 æ. 752 Necnon & * stellis numeros & nomina fecit, 1 g. 137
4 ę. 530 Soluitur in somnos, oculisue aut pectore noctem
4 æ. 531 Accipit: ingeminant curæ, * sæuique dolores. 1 æ. 29
9 æ. 166 Collucent ignes: noctem custodia ducit
9 æ. 167 Insomnem ludo,* certantque illudere capto. 2 æ. 64

Mane sistitur coram Caypha.

12 æ. 500 QVis mihi nunc tot acerba, Deus, quis carmine cædes
2 æ. 362 Explicet, aut possit lachrymis æquare labores?
2 æ. 63 Vndique visendi studio * nam plurima turba 6 æ. 667
2 ę. 64 Circumfusa ruit: * tota discurritur vrbe 11 ę. 468.
9 ę. 461 Iam sole infuso, iam rebus luce retectis:
6 æ. 487 Nec vidisse semel satis est.* Templique[4] sacerdos 7 æ. 419
6 æ. 753 Conuentus trahit in medios:* quo sanguine cretus, 2 æ. 74.
2 æ. 75 Quidue ferat,* fari iubet, & responsa reposcit: 11 æ. 240
8 æ. 114 Quî genus,* & fatis Regem se dicere posci. 8 æ. 12
1 e. 19 Sed tamen iste Deus, qui sit,* tectusque recusat 2 ę. 126
2 æ. 127 Prodere voce sua, * pressoque obmutuit ore. 6 æ. 155
6 æ. 78 Bacchatur[5] vates * furijs accensus & ira, 12 æ. 946
5 ę. 174 Oblitus decorisque sui,* discindit amictus: 12 æ. 602
2 ę. 222 Clamores simul horrendos ad sydera tollit
7 æ. 399 Sanguineam torquens aciem.* Nec plura moratus 5 æ. 381
2 ę. 84 Insontem, infando indicio,* ad maiora remittit. 12 æ. 429

4 Cayphas interrogat Christum.
5 Cayphas qui prophetauit mortem Christi.

A Caypha remittitur ad Pilatum.

[1 Iesus.]
7 ç. 490 ILLE[1] manum patiens * & centum vinctus ahenis 1 æ. 299
1 æ. 300 Post tergum nodis, * partes cunctatur in omnes: 10 ç. 717
6 æ. 122 Itque reditque viam toties, * & compita circum 2 g. 382
10 æ. 695 Vim cunctã atque minas perfert, * clamoribus actus. 2 æ. 128

A Pilato ad Herodem.

[2 Herodem. 3 Pilati]
10 æ. 438 MOx illum sua fata manent maiore sub hoste.
4 g. 75 Et circa[2] Regẽ, atque ipsa ad[3] prætoria, densæ
12 æ. 558 Huc atque huc acies, * vasto certamine tendunt. 12 æ. 553

Flagellatio & opprobria in prætorio Pilati accepta.

[4 Apud Iudæos flagellatio erat primum supplicium. 5 Iesum.]
6 æ. 570 COntinuò sontes * mos est[4] aptare flagello. 7 æ. 731
12 æ. 85 Circumstãt properi aurigæ, * manibusq; cruẽtis 2 æ. 167
2 æ. 167 Corripuêre sacram[5] Effigiem, * cui vertice fulua 11 æ. 642
11 æ. 643 Cęsaries, nudique humeri: * tum sæua sonare 6 æ. 557
6 æ. 558 Verbera, tum stridor ferri * vacua atria circum. 7 æ. 379
7 ç. 378 Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo
7 æ. 379 Quem pueri * ludo exercent, ille actus habena 7 æ. 380
3 g. 226 Multa gemens ignominiam, plagasque superbi
2 g. 381 Cęditur, * & piceum (nec respirare potestas) 9 æ. 813
9 æ. 814 Flumen agit: vastos quatit æger anhelitus artus.

[6 Arundo, vestis purpurea, corona spinea, sputa, & alapæ.]
1 æ. 657 Præterea[6] sceptrum, * regisque insigne gerentem, 12 ç. 289
6 æ. 221 Purpureasque super vestes, * regnique Coronam 8 æ. 505
3 æ. 594 Consertum tegmen spinis, * clamore salutant. 3 æ 524
3 æ. 208 Adnixi torquent spumas, * manibusque lacessunt. 12 æ. 85
2 æ. 277 Squallentem barbam, & concretos sanguine crines
2 g. 294 Conuellunt: * duro crepitant sub vulnere malæ. 5 æ. 436

Ecce Homo.

3 æ. 591 IGnoti noua forma viri, miserandaque cultu
3 æ. 592 Procedit: * dira illuuies, immissaque barba. 3 æ. 593

1 g. 506 (Tam multæ scelerum facies.*) Miserabile vulgus 2 æ. 798
2 g. 398 Cui nunquam exhausti satis est, * populusque, patresque, 9 æ. 192
2 æ. 210 Ardentes oculos suffecti sanguine & igni,
8 æ. 495 Regem[1] ad supplicium, præsenti Marte,[2] reposcunt.

1 Iesum. 2 Crucifigatur.

Christus crucem baiulat.

7 æ. 496 Ipse etiam * ætherios humero qui sustinet orbes, 8 æ. 137
11 æ. 842 Supplicium, * atque[3] humeris inimicum insigne gerebat: 12 æ. 944
6 æ. 706 Hunc circum innumeræ gentes populique volabãt.
4 æ. 402 Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
4 æ. 403 Cum populãt, hyemis memores, tectoque reponũt:
12 æ. 122 Agmina se fundũt,* strepit omnis murmure cãpus. 6 æ. 709
8 æ. 592 Stant pauidæ in muris matres, oculisque sequuntur
8 æ. 593 Pulueream nubem, & fulgentes ære cateruas:
1 æ. 485 Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis,
10 æ. 842 Flentes ingentem, atque ingẽnti vulnere victum.
2 æ. 100 Nec requieuit enim:* donec vi victus, & ipso 12 æ. 254
12 æ. 255 Pondere defecit,* lethi discrimine paruo: 3 æ. 685
4 æ. 690 Ter sese attollens,* ter fessus valle, resedit. 8 ç. 232
2 g. 392 Et quocumque Deus circum caput egit honestum,
3 g. 444 Sudor, & hirsuti * rorabant sanguine[4] vepres. 8 æ. 645
9 æ. 783 Vnus[5] homo * ante alios, fortunatusque laborũ, 11 æ. 416
10 æ. 380 Obuius huic primùm fatis * aduentat ad vrbem, 11 æ. 514
11 æ. 55 Tardatur: caroque oneri,* super ipse sequutus, 12 æ. 301
9 æ. 804 Demisit * latos humeros, subiectaque colla. 2 æ. 721
7 ç. 423 Iamque ascendebant[6] collem qui plurimus vrbi
1 æ. 424 Imminet, aduersasque aspectat desuper arces.
12 æ. 670 Ardentes oculorum orbes[7] ad mœnia torsit
12 æ. 894 Ille caput quassans:* venturaque desuper vrbi 2 æ. 47
6. æ 683 Fataque, fortunasque virûm,* lachrymabile bellum 7 æ. 604
1 æ. 26 Venturum excidio,* & tristes denunciat iras. 3 æ. 366

3 Crucem baiulat

4 Spinæ capitis 5 Simon Cyreneus fert crucem post Iesum.

6 Caluaria

7 Filiæ Hierusalẽ nolite flere super me sed super vos.

Crucifixio, & septem nouiſſima verba.

1 Crucifi. 5 æ. 504 ET venit, aduerſique infigitur arbore[1] mali
5 æ. 377 Brachia protendẽs,* pedibus per mutua nexis, 7 æ. 66
4 ç. 454 (Horrendum dictu) * validique incudibus ictus 8 æ. 419
2 Vestis Christi sorte ducta. 8 æ. 420 Auditi referunt gemitum.* (Quis talia fando 2 æ. 6
2 æ. 8 Temperet à lachrymis?) cruor hîc de ſtipite manat. 3 æ. 43.
8 ç. 490 Armati circumſiſtunt * captiuaque [2] veſtis 2 æ. 765
3 B. Virgo Christi tunicã texuerat. 12 æ. 213 Conſpectu in medio,* deiectamq; ærea ſortem 5 æ. 490
5 æ. 491 Accepit galea * quoniam ſors omnia verſat. 9. e 5
11 æ. 74 Ipſa ſuis quondam manibus * Berecynthia[3] Mater 6 æ. 785
4 Crux. 11 æ. 75 Fecerat, & tenui * percurrens pectine telas, 7 æ. 14
5 ç. 538 Ferre ſui dederat monimentũ & pignus amoris.
2 g. 290 Altius ac penitus terræ defigitur Arbos[4]
2 g. 131 Ipſa ingens arbos,* quæ quantum vertice ad auras 4 ç. 445
5 Duo latrones crucifixi cum Iesu. 4 ç. 446 Ætherias, tantum radice in tartara tendit.
6 æ. 570 Continuò[5] ſontes * damnati crimine mortis, 6 æ. 430
9 æ. 544 Transfoſſi ligno,* dextra lęuaque trahuntur, 1 g. 235
6 Bonus latro pœnitens. 3 g. 16 In medio, * fata imponit diuerſa duorum: 12 ç. 726
4 g. 89 Deterior qui viſus, * ad impia tartara mittit: 6 æ. 542
9 æ. 156 Nunc adeo[6] melior,* furto lætatus inani, 6 ç. 568
7 Hodie mecum eris in paradiso 6 æ. 569 Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
10 æ. 621 Cui Rex ętherei breuiter ſic fatur Olympi:
6 æ. 71 Te quoq; magna manent regnis[6] penetralia noſtris,
9 æ. 296 Spondeo * & his mecum pariter conſidere regnis: 1 ç. 576
1 æ. 498 Sic ait, atque animum * præſenti pignore firmat. 3 æ. 611
11 ç. 430 Tum populi * adſtantes nequicquam lumine toruo 3 ç. 677.
12 æ. 590 Diſcurrunt, magniſque acuunt ſtridoribus iras:
10 æ. 355 Nunc hi, nunc illi: * diſcordes ęthere venti 10 æ. 356
8 B. Maria stabat iuxta Crucem. 10 æ 357 Prælia ceu tollunt,* valido cum robore quercum 4 æ. 441
4 æ. 443 Eruere inter ſe certant,* & viribus æquis. 10 ç. 357
6 e. 47 Ah virgo[7] infelix,* nati concuſſa dolore 12 æ. 411
5 æ. 853 Nuſquam amittebat oculos,* lachrymaſque ciebat. 6 æ. 468.

11 ę. 892 Monstrat amor verus,* nec se celare tenebris 9 æ. 425
9 æ. 426 Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
4 g. 511 Qualis populeâ mœrens Philomela sub vmbra
4 g. 512 Amissos queritur fœtus:* exterrita mater 8 æ. 370
12 æ. 865 Hanc versa in faciem,* nec vox aut verba sequũtur. 12 æ. 912
6 æ. 498 Vix adeo agnouit pauitantem, & dira tegentem
6 æ. 499 Supplicia,* vt vultum vidit morientis & ora. 10 æ. 821
2 æ. 279 Accepit* comitem & cõsanguinitate propinquum 2 æ. 86
2 e. 2 Delicias [1] Domini:* duri solatia casus. 6 æ. 377
8 æ. 97 Sol medium cœli conscenderat igneus orbem:
1 g. 468 Cùm caput obscura nitidum ferrugine texit,
1 g. 469 Impiaque æternam timuerunt sęcula mortem,
2 e. 38 Et dixit moriens: * Hic me, [2] Pater optime, fessum 3 æ. 710
3 æ. 711 Deseris?* & quonam nostri tibi cura recessit? 2 ę. 595
1 æ. 257 Hic pietatis honos?* sic nos in sceptra reponis?
7 æ. 502 Atque imploranti similis,* Deus ipse parenti, 12 æ. 90
2 ę. 405 Ad cœlum tendens * his se cum vocibus offert: 7 æ. 420
10 æ. 525 Te precor [3] hanc animam serues: * miserere laborũ 2 æ. 143
2 æ. 144 Tantorum, miserere animi non digna ferentis:
10 æ. 532 Gnatis [4] parce tuis,* iam fas est parcere genti: 6 æ. 63
10 æ. 501 Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.
6 æ. 408 Nec plura his: * asperque siti atque exteritus ęstu, 3 g. 434
1 æ. 743 Spumantem [5] pateram* summo tenus attigit ore: 1 æ. 741
4 g. 277 Asper in ore sapor: * dixitque [6] nouissima verba, 6 æ. 231
12 æ. 803 Ventum ad supremum est:* ceruix collapsa recũbit, 9 æ. 434
9 æ. 435 Purpureus veluti cum flos súccisus aratro
9 æ. 436 Languescit moriens: * vitam cum sanguine fudit. 2 æ. 532

[1] *Accepit Ioannem pro filio.*
[2] *Eli, Eli.*
[3] *In manus tuas commendo &c.*
[4] *Dimitte illis quia nesciunt quid faciunt.*
[5] *Vas aceto plenum.*
[6] *Consummatum est.*

Prodigia post Christi mortem.

5 æ. 368 NEc mora continuò * stridens Aquilone pro-cella, 1 æ. 106
1 æ. 107 Velum [7] aduersa ferit, * media testudine templi: 1 æ. 509
4 æ. 286 In partesque rapit varias * (sic fata ferebant.) 2 æ. 34

[7] *Velum templi scissum & alia prodigia.*

11 æ. 187 Conditur in tenebras altum caligine cœlum:
1 e. 12 Vsque adeo * solemque suum sua sydera norunt. 6 æ. 641
5 e. 28 Interitum montesque feri, syluæque loquuntur:
9 æ. 752 Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus:
1 æ. 95 Præsentemque viris intentant omnia mortem.
11 æ. 14 Maxima res,* animas imis excire sepulchris: 8 e. 98
9 æ. 98 Imo vbi defunctæ,* supera vt conuexa reuisant: 6 æ. 750
6 æ. 751 Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.
4 g. 219 His quidam signis, atque hæc exempla sequuti,
11 æ. 37 Ingentem gemitum tunsis [1] ad sydera tollunt
11 æ. 38 Pectoribus:* tumida ex ira tum corda residunt: 6 æ. 407
1 æ. 307 Corda (volente Deo) * rumpuntur nescia vinci. 12 æ. 527
2 æ. 85 Demisêre neci, nunc cassum lumine lugent.
6 æ. 405 Si te nulla mouet tantæ pietatis imago:
4 æ. 12 Credo equidem,* duris genuit te cautibus horrens 4 æ. 366
4 æ. 367 Caucasus, Hyrcanæque admorunt vbera tigres.

Ictus lanceæ, & sepultura.

12 æ. 375 Lancea consequitur * (id rebus defuit vnum) 12 æ. 643
9 æ. 744 Intorquet, summis adnixus viribus, hastam
2 æ. 41 Laocoon [2] ardens,* & pectus perforat ingens: 10 æ. 485
7 æ. 466 Nec iam se capit vnda, volat * cum sanguine mista. 9 æ. 349
6 æ. 38 Nunc grege de intacto * socijs sacraque caterua 11 æ. 533
5 æ. 490 Conuenêre [3] viri,* noctem ducentibus astris. 3 g. 156
2 æ. 566 Ad terram misêre artus auulsaque membra. 9 æ. 490
10 æ. 493 Quisquis honos tumuli, quicquid solamen humãdi est
6 æ. 219 Expediunt, corpusque lauant frigentis & vngunt.

Planctus B. Mariæ Virginis.

11 æ. 842 Supplicium,* Virgo, nimium crudele luisti: 11 æ. 841
6 æ. 189 Heu! nimium de te vates,* olimque [4] sacerdos 11 æ. 768
3 æ. 690 Talia monstrabat * cum multa horrenda moneret. 3 æ. 712
2 g. 274 Hei mihi qualis erat,* cernenti talia, sensus, 4 æ. 408

[1] Vere filius Dei erat.
[2] Cornelius Centurio.
[3] Ioseph & Nicodemus ex discipulis Iesu
[4] Simeon tuam ipsius animam etc.

5 æ. 22 Cum complexa sui corpus miserabile nati.
11 æ. 150 Procũbit super, atque hæret lachrymansq; gemẽsq;
11 æ. 151 Et via vix tandem voci laxata dolore est.
5 æ. 724 Nate, mihi vitâ quondam, dum vita manebat,
5 æ. 725 Chare magis, * quo non superat mihi charior alter: 12 æ. 639
7 æ. 97 O mea progenies, * quæ causa indigna serenos 2 æ. 285
2 ę. 286 Fœdauit vultus, aut cur hæc vulnera cerno ?
6 æ. 501 Quis tam crudeles optauit sumere pœnas ?
6 æ. 502 Cui tantum de te licuit?* quo numine læso ? 1 æ. 13
9 æ. 491 Et funus lacerum tellus habet: hoc mihi de te
9 æ. 492 Nate refers, * nec te sub tanta pericula missum 9 æ. 483
9 ę. 484 Affari extremùm miseræ data copia matri ?
4 g. 415 Hæc ait, & liquidum ambrosię diffudit odorem.
4 æ. 413 Ire iterum in lachrymas, iterum * pressitque iacentẽ 6 æ. 521
4 æ. 687 Cum gemitu: atque atros siccabat veste cruores.
7 æ. 518 Et trepidę[1] Matres * non ipsa in morte relinqunt: 6 æ. 444
6 æ. 225 (Triste ministerium) *. corpusq; exãgue sepulchro 2 æ. 542
5 æ. 751 Deponunt * socij,[2] multo gemitu lachrymisque. 10 æ. 505
2 g. 458 O fortunatos nimium!* nec vestra feretur 7 æ. 231
7 æ. 232 Fama leuis, tantique abolescet gràtia facti.
6 æ. 616 Saxum[3] ingens voluunt alij:* quod cuique tuẽdum est, 9 æ. 175
9 æ. 222 Succedunt, * omnemque aditum custode coronant. 9 æ. 380
4 g 208 At genus immortale manet: multosque per annos
2 g. 295 Multa virûm voluens durando sæcula vincit:
2 g 166 Ostendit, * nulla fati quod lege tenetur. 12 æ. 819

Descensus ad Inferos.

3 æ. 714 Hic labor extremus * telluris operta subire 6 æ. 140
4 g. 467 Tęnarias etiam fauces, * regnator Olympi 2 æ. 779
4 g. 469 Ingressus, manesque adijt, regemque tremendum.
6 æ. 680 Inclusas animas * alterna morte redemit: 6 æ. 121
2 g. 491 Atque metus omnes, & inexorabile fatum
2 g. 492 Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari.

1 Maria Magdalena, Iacobi & Salome.
2 Iosephus & Nicodemus

3 Lapis ad ostium monumenti cum custodibus.

	6 æ. 477	Inde datum molitur iter * per opaca viarum,	6 æ. 633
2 Limbum in quo erāt Patriarchę & Prophetę.	6 æ. 473	In nemus [2] vmbriferum: * vnde omnes longo ordine possit	6 æ. 754
	6 æ. 755	Aduersos legere & venientum discere vultus.	6 æ. 754.
	6 æ. 758	Illustres animas * superumque ad limen ituras,	6 æ. 680
	6 ę. 681	Lustrabat studio recolens. omnemque suorum	
	6 æ. 682	Forte recensebat numerũ * (quę maxima turba est.)	6 æ. 611.
	4 g. 473	Quam multa in syluis auium se millia condunt:	
	6 æ. 486	Circunstant animæ, dextrâ læuaque frequentes,	
	6 æ. 490	Vt vidêre virum[3], fulgentiaque arma per vmbras.	
3 Iesum.	6 æ. 662	Quique pij [4] vates, & Phœbo digna loquuti,	
4 Sancti Prophetę.	6 æ. 665	Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.	
	6 æ. 666	Quos circumfusos * dictis affatur amicis.	8 æ. 126
	11 æ. 14	Maxima [5] res effecta viri, timor omnis abesto:	
5 Verba Christi ad Ss. Patres	11 æ. 15	Quod superest, hæc sunt spolia, & de rege superbo,	
	11 æ. 24	Ite (ait) * æterna Gentes in pace futuras.	12 æ. 504
	8 æ. 563	Hinc exultantes, * & respondere parati	7 e. 5
	1 æ. 669	Nate Patris summi, * rerum cui summa potestas,.	10 æ. 100
	1 g. 42	Ingredere * ac nostris succede penatibus hospes.	8 æ. 123
	2 æ. 283	Expectate venis: * quam fors inopina salutem	8 æ. 476
	8 æ. 477	Ostentat, fatis huc te poscentibus, affers.	
	2 æ. 282	Quæ tantę tenuêre moræ, * Rex optime Regum?	11 æ. 294
	12 æ. 87	Ipse dehinc * imas [6] Erebi descendit ad vmbras	6 æ. 404
6 Inferni	6 ę. 273	Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci	
	6 æ. 274	Luctus & vltrices posuêre sedilia curæ.	
	8 æ. 262	Panditur extemplò foribus domus atra reuulsis.	
	4 g. 481	Quin ipsæ stupuêre domus, atque intima lethi	
	4 g. 482	Tartara: * & vmbrosæ penitus patuêre cauernæ	8 æ. 242
	6 æ. 395	Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit	
7 Diaboli.	6 ę. 396	Ipsius à solio [7] regis, traxitque trementem.	
	8 ę. 296	Te stigij tremuere lacus, te ianitor Orci	
	8 æ. 297	Ossa super recubans antro semesa cruento	
	4 g. 484	Atque Ixionei vento rota constitit orbis.	

Præterea

1 ç. 657 Præterea * commotæ Erebi de sedibus imis 4 g. 471
4 g. 472 Vmbræ ibãt,* vnoque omnes eadem ore fremebãt: 11 ç. 132
4 g. 445 Nam quis te,[1] iuuenum confidentissime, nostras
4 g. 446 Iussit adire domos,* hæc limina tendere adegit? 6 æ. 696
6 æ. 563 Nulli fas casto, sceleratum insistere limen.
6 æ. 442 Hîc quos durus amor crudeli tabe peredit:
6 æ. 608 Hîc quibus inuisi fratres dum vita manebat,
6 æ. 609 Pulsatusue parens, queis fraus innexa clienti,
6 ç. 740 Supplicia expendunt:* quam vellent æthere in alto 6 æ. 436
6 æ. 437 Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
11 ç. 633 Tum vero & gemitus * vlulatusque ore dedere. 11 æ. 190
10 ç. 409 Ille[2] sedens victor,* vitasque & crimina discit. 6 ç. 433
12 æ. 726 Sustinet * ipse duas æquato examine lances, 12 æ. 725
1 æ. 266 Longius & voluens,* nunc hos nunc accipit illos: 6 æ. 315
6 æ. 316 Ast alios longe * sub tristia tartara mittit. 4 æ. 243
5 æ. 408 Huc illuc vinclorum immensa volumina versat,
7 æ. 749 Conuectare iuuat prædas:* spolijsque superbus; 8 æ. 202
4 g. 485 Iamque pedem[3] referẽs,* superas veniebat ad auras: 4 g. 486
10 æ. 469 Hoc virtutis opus,* Facilis descensus Auerni: 6 æ. 126
6 æ. 128 Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras,
6 æ. 129 Hoc opus, hic labor est. * Totáque infusa per artus 6 æ. 726
6 æ. 727 Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Resurrectio.

11 æ. 210 TErtia lux gelidam cœlo dimouerat vmbrã.
6 æ. 157 Ingreditur linquens [4] Antrum,* rursusq; resurgens: 4 æ. 531
2 æ. 471 Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus,
2 æ. 473 Nunc positis nouus exuuijs, nitidusque iuuenta,
2 æ. 475 Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
2 ç. 209 Fit sonitus,* pulsuque pedum tremit excita tellus, 7 æ. 722
8 æ. 109 Terrentur visu subitò,* nec claustra, nec ipsi 2 æ. 491
2 æ. 492 Custodes sufferre valent,* statione relicta. 9 æ. 222

1 Gem[illegible] [illegible] damnatorum.

2 Christ. liberat animas ex purgatorio, damnatos vero relinquit in inferno.

3 Anima Christi [illegible] ab inferis [illegible] resumit in sepulchro.

4 Sepul[illegible]

1 æ. 310 Vt primū lux [1] alma data est [*] (quæ maxima sēper 8 æ. 271
8 æ. 272 Dicetur nobis,& erit quæ maxima semper)
12 ç. 842 Interea excedit cœlo * Cyllenia [2] proles 4 æ. 258
8 æ. 234 Speluncę dorso insurgens,* lapidemque reuertens. 1 g. 274
12 æ. 897 Saxum antiquum ingens,* non exuperabile saxum: 3 g. 39
12 æ. 899 Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
12 æ. 900 Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
11 æ. 811 * Occiso [3] Pastore,lupus * fremit ore cruento. 9 æ. 341
12 æ. 718 Stat pecus [4] omne metu mutum, mussantq; iuuenci
12 æ. 719 Quis pecori imperitet, quem tota armēta sequātur:
4 g. 258 Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes.
4 g. 433 Ipse velut stabuli custos,* ad tecta reducit 4 g. 434
4 g. 434 Vesper vbi è pastu vitulos,* numerumque recenset. 4 g. 436
2 æ. 453 Limen erat cæcęque fores:* subit ipse [5] Magister 5 æ. 176
2 æ. 682 Ecce leuis,* quibus in medijs sic deinde loquutus, 5 æ. 303
11 æ. 301 Præfatus,* pacis [6] solum inuiolabile pignus. 11 æ. 363
9 æ. 427 Me me adsum: * reuocate animos,mœstūq; timorē 1 æ. 206
1 æ. 207 Mittite,forsan & hęc olim meminisse iuuabit:
3 æ. 315 Viuo equidem,vitamq; extrema per omnia duco.
4 g. 460 At chorus æqualis * monstrantem vulnera cernit. 6 æ. 446
3 æ. 429 Immiscentque [7] manus manibus,* gaudentq; tuētes: 5 æ. 575
3 g. 502 Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.

Ascensio.

5 æ. 854 Ecce Deus [*] iam victor ouans, vestigia presso 5 æ. 331
5 æ. 332 Haud tenuit titubata solo: [*] petit ardua [8] montis, 8 ç. 221
2 æ. 303 Ascensu supero,* tendens ad sydera palmas, 1 ç. 97
1 æ. 443 Infert se septus nebula (mirabile dictu,)
7 æ. 400 Clamat Io,* longo prædam [9] iubet ordine duci. 11 æ. 79
4 æ. 277 Mortales visus medio sermone reliquit:
4 æ. 278 Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
10 ç. 97 Cœlicolæ [10] assensu vario * duxere triumphos 2 g. 148
7 æ. 699 Ceu quondam niuei liquida inter nubila Cygni,
7 æ. 34 Æthera mulcebant cantu: [*] sublime videntur 3 g. 108

5 Iesus ianuis clausis ad suos ingreditur.
6 Pax vobis ego sum

3 g. 109 Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras
6 æ. 200 Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
9 æ. 314 Egressi superant* Romanorumque triumphos. 8 æ. 626
11 æ. 94 Postquam omnis longè comitum processerat ordo:
8 æ. 306 Exin se cuncti[1] diuinis rebus ad vrbem
8 æ. 307 Perfectis referunt:* cœloque examina ludunt. 4 g 103
10 æ. 1. *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.
10 æ. 100 Tum Pater omnipotens * solio se tollit ab alto: 8 æ. 541
10 æ. 824 Et mentem patriæ subijt pietatis imago,*
10 æ. 6 Cœlicolæ magni medium quem ad limina ducunt. 10 æ. 117
1 æ. 719 Ille vbi complexu * palmas vtrasque tetendit, *6 æ. 685
10 æ. 101 Infit: (eo dicente Deûm domus alta silescit
10 æ. 102 Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther.)
6 æ. 693 Accipio quantis iactatum, nate, periclis.
6 æ. 687 Venisti tandem, tuaque expectata parenti
6 æ. 688 Vicit iter durum pietas:* sic denique victor 3 æ. 439
4 e. 48 Aggredere, ô, magnos (aderit iam tempus) honores:
6 æ. 399 Nullæ hic insidiæ, tales, absiste moueri
9 æ. 93 Filius huic cõtra:* O qui res hominũque Deûmque 1 æ. 233
1 æ. 234 Æternis regis imperijs, & fulmine terres:
1 æ. 134 Eripui, fateor, letho me, & vincula rupi.
1 æ. 71 Gens inimica mihi * horribiles exercuit iras: 3 g 152
11 æ. 160 Contra ego viuendo vici mea fata superstes,
12 æ. 882 Immortalis ego,* socios [2] a morte reduxi. 4 æ. 375
11 æ. 54 Hi nostri reditus, expectatique triumphi.
1 æ. 212 Talia voce refert,* perfecto lætus honore. 3 æ. 178
7 g. 72 Et iuxta genitorem astat,* rex magnus Olympi. 5 g 533

Missio Paracleti.

5 g. 104 EXpectata dies aderat, nonamque serena
5 æ. 105 Auroram Phaëtontis equi iam luce vehebant.
8 æ. 464 Sermonum memor & promissi muneris [3] Heros,
10 æ. 831 Cunctantes socios * promisso munere donat. 5 æ. 282
8 æ. 524 Namque improuiso, vibratus ab æthere fulgor

[1] Principalis [illegible] salem.

[2] Hebr[illegible]

[3] C[illegible] Paracletum.

8 æ. 525 Cum sonitu venit: & ruere omnia visa repente.
8 æ. 423 Hoc tunc' Ignipotens cœlo descendit ab alto;
[illegible] 3 æ. 354 Aulai in medio,* subitusque apparuit ignis. 12 æ. 576
4 ç. 183 Tot linguæ, totidem ora sonant,* lõgo ordine gẽtes 8 ç. 722
8 ç. 723 Quam variæ linguis:* animos accendit agrestes. 7 æ. 482
2 Apostoli prædicant linguis vbique. 5 æ. 139 Inde vbi clara dedit sonitum [2] tuba: finibus omnes
5 æ. 140 Haud mora prosiluêre suis:* docuêre parentes 8 æ. 396
3 Christianæ religionis. 11 æ. 157 Dura rudimenta,* & gentis [3] cunabula nostræ. 3 æ. 105
2 g. penu. Sed nos immensum spatijs confecimus æquor:
2 g. vlt. Et iam tempus equûm fumantia soluere colla.

Oratio ad Iesum.

1 æ. 669 NAte Patris summi qui tela Typhoëa temnis,
4 g. 455 Haudquaquam ob meritum pœnas,* crudele 11 æ. 841
luisti
11 æ. 842 Supplicium,* & nostro doluisti sępe dolore. 1 æ. 673
6 æ. 458 Funeris, heu! tibi causa fui,* (Rex optime Regum) 11 æ. 294
10 æ. 188 Crimen, Amor vestrum,* sceleris vestigia nostri: 4 e. 13
5 e. 53 An quicquam nobis tali sit munere maius?
6 æ. 545 I decus, i nostrum, melioribus vtere fatis:
10 e. 69 Omnia vincit amor, & nos cedamus amori?

SIGNVM BELLI.

Christus erecto Crucis vexillo Martyres ad pugnam excitat.

4 S. Martyrum. 4 e. 26 AT simul Heroum [4] laudes,* & fortia facta 10 æ. 369
4 e. 27 Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus
5 Christi. 11 æ. 810 Continuò * Ducis [5] euentum exemplumq; sequuti 11 æ. 718
6 ç. 649 Magnanimi Heroes, nati melioribus annis,
1 æ. 365 Conueniunt: quibus aut odium crudele tyranni,
1 æ. 366 Aut metus acer erat:* pars & certare parati, 5 æ. 108
5 æ. 137 Intenti expectant signum,* venerabile lignum 12 æ. 767
6 S. Crucis 6 æ. 409 Fatalis [6] virgæ, * quo non præsentius vllum. 12 ç. 245
3 g. 300 Post hinc digressus * Deus, euocat agmine magno 6 æ. 749

6 æ. 758 Illustros animas, nostrumque in nomen ituras:
4 g. 4 Magnanimosque duces * qui sese in bella sequãtur. 8 æ. 547
7 æ. 637 Classica iamque sonant,* ferit aurea sydera clamor. 2 æ. 488
12 æ. 245 Dat signum cœlo * Tyrio conspectus in ostro: 3 g. 17
2 æ. 278 Vulneraque illa gerens quæ circum plurima muros
2 ę. 279 Accepit patrios;[1] vltrò* sic deinde loquutus, 5 æ. 305 1 In monte Caluariæ
5 æ. 292 Inuitat pretijs animos, & pręmia ponit,
5 ę. 304 Accipite hæc animis, lætasque aduertite mentes:
5 æ. 363 Nunc si cui virtus, animusque in pectore præsens,
4 g. 475 Mâtres atque viri,* pueri innuptæque puellæ, 4 æ. 476
5 ę 70 Cuncti adsint: meritæque expectent præmia palmæ.
5 æ. 305 Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
12 æ. 574 Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes,
1 g. 412 Nescio qua pręter solitum dulcedine læti,
6 æ. 822 Ad pœnam pulchra* pro libertate ruebant. 8 æ. 648
1 g. 512 Vt cum carceribus sese effudêre quadrigæ: 3 g. 112
12 æ. 552 Pro se quisque viri,* tantę est victoria curę.

ACTA SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS.

6 æ. 825 ASPICE [2] Torquatum, & referentem* laude coronam.[3] 5 æ. 355 2 Stephanum. 3 στέφανος. i. corona.
6 æ. 761 Proxima sorte tenet lucis loca primus ad auras
6 æ. 762 Ætherias,* tonsæ folijs euinctus oliuæ, 5 æ. 774
12 æ. 167 Sydereo flagrans clypeo, & cælestibus armis
6 æ. 836 Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.
9 æ. 721 Bellatorque animo Deus incidit.*

Status primitiuæ Ecclesiæ. Act. 4.

--- ----------.----------- Altius omnem 4. g. 285

[1] Religionem. 4 g. 286 EXpediam, prima repetens * ab origine,[1] gentē 3 g. 473.
3 c. 54 Sensibus hæc imis, (res est non parua) reponas.
[2] Primi Christiani. 2 g. 532 Hanc olim veteres vitam coluêre [2] Sabini:
[3] SS Paulus & Petrus. 2 g. 533 Hanc Remus,[3] & frater * Romanę conditor arcis 8 æ. 313.
[4] Fidelium bona communia. 1 g. 126 Nec signare [4] quidem, aut partiri limite campum,
8 æ. 317 Aut componere opes norant, aut parcere parto
1 g. 127 Fas erat: in medium * collectis omnibus vna, 2 æ. 743
3 æ. 60 Omnibus idem animus,* & mens sibi conscia recti: 1 æ. 609
2 g. 467 At secura quies, & nescia fallere vita.
8 æ. 326 Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
8 æ. 327 Et belli rabies, & amor successit habendi.
1 g. 505 Quippe vbi fas versum atq; nefas: tot bella per orbē
2 g. 507 Condit opes alius, defossoque incubat auro:
2 g. 508 Hic stupet attonitus rostris, hunc plausus hiantem
1 æ. 245 Insequitur,* penetrant aulas & limina regum. 2 g. 504
2 g. 301 Tantus amor terrę: * miseris tam dira cupido. 6 æ. 721

Electio septem Diaconorum. Act. 6.

6 æ. 4 EXtemplò turbati animi: simul omne tumultu
2 æ. 39 Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
6 æ. 38 Nunc grege de [5] intacto septem,* sacraque caterua 11 æ. 533
[5] Discipuli. 1 æ. 710 Qui dapibus mensas onerent * in rebus egenis, 6 æ. 91
8 æ. 548 Præstantes virtute legit,* quæ maxima turba est. 6 æ. 611
[6] Diaconi. 11 æ. 236 Olli conuenêre * pares ætate ministri, 1 æ. 709
12 æ. 120 Velati lino, & verbenâ tempora vincti:
5 æ. 556 Omnibus in morem tonsa coma pressa corona est.
[7] Stephanus Diaconus. 8 æ. 547 Quorum de numero, qui sese * primus [7] in hostem 9 æ. 51
2 æ. 408 Et sese medium iniecit moriturus in agmen:
1 æ. 363 Thesauros, ignotum argenti pondus & auri,
1 æ. 512 Partibus æquabat iustis,* operumque laborem. 1 æ. 511
1 g. 452 Ipsius in vultu,* diuini signa decoris 5 æ. 647

6 æ. 596 Cernere erat: *lætos oculis afflarat honores, 1 æ. 596
5 æ. 344 Gratior & pulchro veniens in corpore virtus

Stephanus disputat cum Iudæis.

3 g. 12 PRimus [1] Idumæas* acies in prælia cogit, 9 æ. 463 *1 Iudaeos*
11 æ. 417 Egregiusque animi,* fortunatusque laborum. 11 æ. 416
5 æ. 639 Nec tantis mora prodigijs!* certare parati 5 ę. 108
5 æ. 490 Conuenêre [2] viri:* tunc facta silentia linguis. 11 æ. 241 *2 De Synagoga.*
6. æ 160 Multa inter sese vario sermone serebant:
10 æ. 459 Viribus imparibus,* pauidi cessêre magistri. 12 æ. 717
5 æ. 229 Hi proprium decus & partum indignãtur honorẽ:
9 æ. 551 Vt fera quæ densâ venantum septa coronâ
9 æ. 552 Contra tela furit,* postquam intẽr retia ventum est.* 10 æ. 710
3 g. 101 Pręcipuè hinc alias artes, *noua prælia tentant: 3 æ. 240
2 æ. 98 *Criminibus terrere nouis, hinc spargere voces
2 æ. 99 In vulgum ambiguas, & quærere * dicta refutet. 12 æ. 41
10 æ. 1. Panditur interea domus omnipotentis Olympi;
8 æ. 243 Non secus ac siquà * ipse parens spectator adesset 10 æ. 443
11 æ. 726 Obseruans oculis,*hominum sator atque Deorum. 11 æ. 725
5 e. 56 *Candidus, insuetum miratur limen Olympi,
7 æ. 251 Intentos voluens oculos: *ac talia fatur. 3 æ. 485
6 æ. 255 Ecce [3] autem * video medium discedere cęlum, 9 æ. 20 *3 Ecce video cælos apertos.*
9 æ. 21 Palantesque polo stellas:*Natumque, Patremque. 4 æ. 605
11 æ. 376 Talibus exarsit dictis * miserabile vulgus 2 æ. 798
8 æ. 230 Dentibus infrendens,*magis ęgrescitque medendo. 12 æ. 46
5 æ. 75 Ille è [4] Concilio,* quoniam est oblata facultas, 4 g. 437 *4 Sermo S. Stephani in synagoga.*
5 æ. 748 Edocet, & quæ nunc animo sententia constet,
4 æ. 464 Multaque præterea vatum prædicta priorum.

Lapidatur. Act. 7.

5 æ. 852 TAlia dicta,* negat duras [5] demittere in aures 4 æ. 428 *5 Dura ceruice & incircumcisi cordibus & auribus.*
9 æ. 603 Durũ à stirpe genus:* duris dolor ossib⁹ ardet, 9 æ. 66
2 g. 531 Corporaque agresti nudat prædura palæstra.
1 æ. 154 Iamque faces & saxa volant: * ex vrbe ruentes 4 æ. 401

11 ç. 56 Vulneribus pulsum,* magno clamore sequuntur. 10 æ. 799
3 g. 258 Quid iuuenis,[1] magnum cui versat in ossibus ignem
8 æ. 187 Vana superstitio veterum,* ingratusque salutis? 10 æ. 666
7 æ. 349 Ille inter vestes,* & saxa rotantia late, 10 æ. 362
11 æ. 812 Conscius audacis facti,* spectacula poscit. 6 æ. 37
3 g. 318 Ergo omni studio * balearis verbera fundæ 1 g. 309
3 g. 208 Adnixi torquent: * murali concita nunquam 12 æ. 921
12 æ. 922 Tormento, sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
12 æ. 923 Dissultant crepitus,* cœlumque obtexitur vmbra. 11 æ. 611
3 g. 220 Illi alternantes * multa vi brachia tollunt,
10 æ. 355 Nunc hi, nunc illi, certatur:* cum tamen omnes 8 æ. 452
9 æ. 514 Ferre libet, media subter testudine, casus. 9 ç. 513
10 æ. 251 Tum breuiter supera aspectans conuexa precatur,
4 æ. 652 Accipite hanc animam,[2] meque his exsoluite curis.
12 æ. 780 Dixit, opemque Dei non cassa in vota vocauit, 3 g. 521
12 æ. 303 Impressoque genu nitens,* per saxa volutus. 6 æ. 66
1 æ. 669 Nate Patris summi,* da, non indebita posco 3 g. 513
6 ç. 67 Regna meis fatis,* errorem que hostibus illum 5 æ. 355
2 g. 277 Indulge * primam merui qui laude coronam,
4 ç. 621 Hæc precor, hãc vocẽ extremam cũ sanguine fũdo.
6 æ. 24 Talibus orabat dictis:* pressitque iacentem 6 æ. 521
6 æ. 522 Dulcis & alta quies, placidæque simillima morti.
6 æ. 220 Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,
11 ç. 68 Qualem virgineo demessum pollice florem,
11 æ. 70 Cui neque fulgor adhuc, necdũ sua forma recessit.
1 æ. 257 Hic pietatis honos:* manibus date lilia plenis, 6 æ. 885
6 æ. 886 Purpureos spargam flores:* cinis ipse bonum sit. 8 e. 106
1 g. 404 Apparet liquidò,* quantum noua gloria in armis, 11 æ. 154
11 æ. 155 Et prædulce decus primo certamine posset.
11 æ. 15 Quod superest:[4] * veniet lustris labentibus ætas, 1 æ. 287
1 g. 497 Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris,
6 æ. 378 Nam tua finitimi, longe lateque per vrbes,
6 æ. 379 Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt.

1 *Adolescens Saulus seruat vestes lapidantium.*

2 *Accipe spiritum meum.*

3 *Ne statuas illis hoc peccatum.*

4 *Sub Honorio & Theodosio Imp. an. ch. 415. inuentum est corpus S. Stephani.*

Dispersio

Dispersio fidelium. Act. 8.

4 æ. 169 ILle dies primus lethi, primusque malorum.
3 æ. 196 Continuò venti voluunt mare, magnaque surgũt
3 æ. 197 Æquora; dispersi, * diuersum ad littus abacti, 11 æ. 261
7 æ. 200 Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.
2 g. 511 Exilioque domos, & dulcia limina mutant:
2 g. 512 Atque alio patriam quærunt sub sole iacentem.
3 æ. 201 Ipse diem noctemque negat discernere cœlo,
3 æ. 202 Nec meminisse viæ media [1] Palinurus in vnda.
5 æ. 867 Cum [2] Pater amisso fluitantem errare Magistro
5 æ. 868 Sensit, & ipse [3] ratem nocturnis [4] rexit in vndis.

1 Petrus rector Ecclesiæ siue alij Apostoli. 2 Deus. 3 Ecclesi[a]. 4 Temp[ore] dispersionis.

ACTA SANCTI PETRI APOSTOLI.

6 æ. 782 EN huius, nate, [5] auspicijs, illa inclyta Roma
6 æ. 783 Imperiũ terris, animos æquabit Olympo.
6 æ. 792 Hic vir, * piscosę [6] cui circum flumina Lernæ 12 æ. 518
12 æ. 519 Ars fuerat, * (si prima domus repetatur origo) 7 æ. 371
1 e. 69 Pauperis & tugurî congestum cespite culmen:
6 æ. 812 Missus in [7] Imperium magnum. * De gente nepotes 6 æ. 757
7 æ. 100 Omnia sub pedibus, quà sol vtrumque recurrens
7 æ. 101 Aspicit Oceanum, vertique regique videbunt.
6 g. 302 Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat:
4 æ. 131 Retia rara, plagæ, * nudos in littore pisces 1 e. 61
6 æ. 416 Informi limo glaucaque exponit in vlua.

5 S. Petri. 6 S. Petrus piscator. 7 Roman[i] sed [i]am plitudo.

Christus Petrum liberat à naufragio. Math. 14.

3 æ. 69 INde vbi prima fides pelago, * tranquilla per alta: 2 æ. 203
3 æ. 71 Deducunt socij naues, & littora complent.
6 æ. 702 Par leuibus ventis * chari Genitoris imago, 2 æ. 560
5 æ. 212 Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.

8 æ. 31 Huic Deus ipse loci fluuio Tiberinus amœno,
8 æ. 32 Populeas inter senior se attollere frondes:
5 æ. 823 Et senior Glauci chorus, Inousq; Palæmon,
5 æ. 824 Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.
5 ę. 820 Subsidunt vndæ, * remo vt luctamen abesset. 8 æ. 89
5 æ. 837 Sub remis fusi, per dura sedilia nautæ, *
10 æ. 224 Agnoscunt longe regem: * iubet ocyus omnes 5 æ. 828
5 ę. 829 Attolli malos, intendi brachia velis.
[1] Petrus. 5 æ. 833 Princeps ante omnes, densum Palinurus[1] agebat.
5 ę. 834 Agmen ad hunc * toto præceps se corpore ad vndas 4 æ. 253
9 æ. 804 Demisit: * medio interea fert æquore turbo, 10 æ. 665
6 æ. 174 Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.
5 æ. 176 Ipse gubernaclo rector subit ipse Magister:
3 ę. 207 Vela cadunt, * puppique Deus consedit in alta. 5 ę. 841
5 e. 847 Cui vix attollens Palinurus lumina fatur;
[2] Domine saluum me fac. 6 æ. 370 Da dextram [2] misero, & tecum me tolle per vndas.
1 æ. 258 Olli subridens hominum sator atque Deorum,
1 æ. 259 Vultu quo cœlum tempestatesque serenat, 8 æ. 395
[3] Modicæ fidei quare dubitasti? 9 æ. 12 Quid dubitas? [3] nunc * ex alto fiducia cessit?
1 æ. 146 Sic ait; & dicto citius tumida æquora placat,
1 æ. 147 Collectasque fugat nubes: * dextramque tetendit, 10 æ. 823
8 æ. 124 Accepitque manu, * reuomentem pectore fluctus. 5 æ. 182
5 æ. 34 Et tandem læti, notę aduertuntur arenæ.

Primatus Petri super omnem Ecclesiam. Matth. 16.

[4] Deus. 8 æ. 394 Tum Pater [4] æterno fatur deuictus amore:
[5] Pasce oues meas. 6 ę. 5 Pascere [5] oportet oues, * nostri nec pœnitet illas. 10 e. 16
6 æ. 851 Tu regere Imperio populos Romane memento:
6 æ. 852 Hæ tibi erunt artes, * Romanam condere gentem. 1 æ. 37
1 æ. 282 His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
1 æ. 283 Imperium sine fine dedi: * dum montibus vmbrę 1 æ. 612
1 æ. 613 Lustrabunt conuexa, polus dum sydera pascet
1 æ. 612 In freta dum fluuij current. * Et classe relicta, 9 æ. 8
3 æ. 657 Pastorem, * Regemque dedit, qui fœdere certo 1 æ. 66

1 æ. 67 Et premere,[1] & laxas ſciret dare iuſſus habenas:
1 æ. 527 Iuſtitiaque dedit gentes frænare ſuperbas.

Petrus in vincula conijcitur Act. 12. An. Chriſt. 44. Claudij 2.

2 æ. 634 Ast vbi iam[2] patriæ peruentum ad limina Sedis:
2 æ. 190 Tum magnum exitium[*] lupus inſidiatus[3] ouili 9 æ. 59
11 æ. 728 Suſcitat, & ſtimulis haud mollibus incitat iras.
9 æ. 340 (Suadet enim veſana fames) manditque, trahitque
9 æ. 341 Molle pecus, mutumq; metu:[*] præq; omnibus vnũ 3 æ. 435
5 e. 44 Formoſi pecoris[*] cuſtodem[4] in vincla petiuit. 6 æ. 395
3 æ. 628 Haud impune quidem:[*] deſcendit[5] corpore peſtis, 5 ę. 953
4 g. 246 Aut durum tineæ genus,[*] illuuieque peréſa 3 g. 561
3 g. penu. Membra ſequebatur,[*] nec reſpirare poteſtas. 9 æ. 813
9 æ. 159 Interea vigilum excubijs,[*] ſub gente[6] quaterni 10 æ. 202
9 æ. 222 Succedunt ſeruãtque vices, quod cuique tuendũ eſt: 9 æ. 175
9 æ. 131 Nec ſpes vlla fugæ,[*] nec ſpes opis vlla dabatur. 2 æ. penu.
3 g. 386 Continuòque greges,[*] longe lateque per vrbes 6 æ. 378
7 æ. 582 Vndique collecti,[7] coëunt[*] in vota, preceſque. 6 æ. 51
8 ę. 369 Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.
2 æ. 453 Limẽ erat, cęcęque fores:[*] noctemque profundam 6 æ. 462
4 æ. 71 Paſtor[8] agens,[*] toto proflabat pectore ſomnum. 9. æ 326
8 æ. 461 Nec non & gemini cuſtodes,[*] limine in ipſo 10 æ. 355
2 æ. 253 Conticuere: ſopor feſſos complectitur artus.
11 æ. 447 Nuntius[9] ingenti[*] per noctem in luce refulſit, 2 æ. 590
1 æ. 594 Os humeroſque Deo ſimilis, vocẽque, coloremq; 4 æ. 558
4 æ. 559 Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.
7 ę. 566 Vrget vtrinque latus,[*] ruptiſque immane catenis 8 æ. 225
6 æ. 1 Sic fatur:[*] Potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? 4 æ. 560
4 æ. 561 Nec quæ circunſtent te deinde pericula cernis,
4 æ. 568 Si te his attigerit terris Aurora morantem?
4 æ. 565 Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas?
9 æ. 13 Rumpe moras omnes,[*] nã lux inimica propinquat: 9 æ. 355

1 Poteſt. ligandi, quæ ſunt di.
2 Apoſtolica
3 Herodes Agrippa mouet perſecutionem.
4 S. Petrum.
5 Mors Herodis.
6 Quaterniones militum.
7 Oratio fidelium pro Petro.
8 Petrus.
9 Angelus.

3 æ. 316 Ne dubita, nam vera vides: * tractęque catenæ. 6 æ. 558
6 æ. 677 Dixit & antetulit gressum * per opaca viarum. 6 æ. 633
4 æ. 572 Corripit è somno corpus, * succinctus amictu, 12 æ. 401
8 æ. 455 Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis:
6 æ. 263 Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.
6 æ. 268 Ibant obscuri sola sub nocte, per vmbras,
8 æ. 658 Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.
11 ę. 621 Iamque propinquabant portis,* via ducit in vrbem. 9 e. 1
6 æ. 552 Porta [1] aduersa ingens,* stat ferrea turris ad auras: 6 ę. 554
2 æ. 493 Ianua, & emoto procumbunt cardine postes.
11 æ. 903 Vix è conspectu exierat * Cyllenia [2] proles;
4 æ. 258
4 g. 444 In sese redit: atque hominis tandem ore loquutus:
8 æ. 155 Accipio [3] agnoscoque libens * te, sancte Deorum. 4 ę. 576
3 æ. 173 Nec sopor illud erat:* verus mihi nuntius adfers 3 æ. 310
8 æ. 201 Auxilium aduentumque Dei:* meminisse iuuabit 1 æ. 207
12 æ. 797 Ereptum,* mediosque fugam tenuisse per hostes. 3 æ. 283
5 æ. 392 Post vbi confecti cursus:* hinc [4] maxima porro 5 æ. 600
5 ę. 601 Accepit Roma, & patrium seruauit honorem.

Casus Simonis Magi An. Chr. 68. Neron. 12.

4 g. 554 Hìc vero subitum, ac dictu mirabile [5] monstrum
2 æ. 200 Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat
7 æ. 351 Vipeream inspirans animam:* nec sæuior vlla 3 æ. 204
3 ę. 205 Pestis & ira Deûm, Stygijs sese extulit vndis.
7 ę. 355 Pertentat sensus * magicis auertere sacris: 8 e. 66
9 æ. 10 Omnia carminibus [*] promittit, soluere mentes 4 æ. 487
4 æ. 488 Quas velit, ast alijs duras immittere curas:
6 æ. 605 Mortales hebetat visus, * secat æthera pennis: 1 g. 406
4 g. 441 Omnia transformat sese in miracula rerum,
4 g. 442 Ignemque, horribilemq; feram, fluuiũq; liquentẽ.
2 ę. 195 Talibus insidijs, periurique arte Simonis
2 æ. 196 Credita res, captique dolis. * Abolere nefandi 4 æ. 497
4 æ. 498 Cunctaviri monimẽta iubet, mõstratque [6] Sacerdos.

7 æ. 557 Te super ætherias errare licentius auras,
7 æ. 558 Haud Pater ille velit, summi regnator Olympi.
10 æ 667 Et duplices cum voce manus ad sydera tendit.
9 æ. 495 At tu, magne Pater Diuûm, miserere, tuoque
9 æ. 496 Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.
7 e. 34 Expectare sat est: * culpam compesce, priusquam 3 g. 468
3 g. 469 Dira per incautum serpant contagia vulgus.
4 ç. 220 Audijt Omnipotens, oculosque ad mœnia torsit.
9 æ. 530 Turris erat vasto prospectu, & pontibus altis
9 æ. 531 Opportuna loco *: volat ille [1] per aëra magnum 1 æ. 304 1 Simonis volatus.
6 æ. 15 Præpetibus pennis ausus se credere cœlo.
4 ç. 490 Nocturnosque ciet manes: * & turbida tranat 4 æ. 245
4 æ. 246 Nubila, iamque volans apicem & latera ardua cernit
4 æ. 247 Atlantis duri, * cœli qui sydera tollit. 8 æ. 141
6 æ. 592 At Pater Omnipotens * cœlo deiecit ab alto: 5 æ. 542
5 æ. 447 Ipse grauis grauiterque ad terram pondere vasto
5 æ. 445 Concidit, * effractoque illisit in ossa cerebro. 5 æ. 480
8 æ. 2?3 Non secus ac * serpens sinuosa volumina versat, 11 æ. 753
11 æ. 754 Arrectisque horret squamis, & sibilat ore,
5 ç. 274 Ærea quem obliquum rota transijt: aut grauis ictu
5 æ. 275 Seminecem liquit saxo lacerumque viator.
10 æ. 521 Inde Mago * procul atque in ventos vita recessit. 4 æ. vlt.

SS. Petrus et Paulus à Nerone detruduntur in carcerem mense Oct. An. Chr. 68. Neron. 12.

4 æ. 143 INtemerata Fides, * magnum quæ sparsa per orbẽ, 12 æ. 607
2 g. 354 Seminibus positis, * viresque acquirit eundo. 4 ç. 175
11 æ. 451 Extemplò * scelerum furijs agitatus [2] Orestes, 3 æ. 331 2 Nero.
10 æ. 657 Conijcit in latebras, * casu concussus [3] acerbo, 5 æ. 700 3 Simonis.
9 æ. 421 Authorem: * ipse [4] vno graditur comitatus [5] Achate 1 æ. 316 4 Petrum. 5 Paulo.
11 æ. 822 Quicum partiri curas: * propiusque periclo 8 ç. 556
7 ç. 513 Pastorale canit signum, * lętusque precatur. 6 æ. 193
3 æ. 657 Pastorem * comitantur [6] oues: ea sola voluptas, 3 æ. 660 6 Petrum

3 æ. 661 Solamenque mali, * mens omnibus vna sequendi. 10 æ. 182
1 æ. 171 Intus aquæ [1] dulces, viuoque sedilia saxo
1 g. 117 Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
3 g. 229 Ergo omni cura * videas gestire lauandi 1 g. 387
5 æ. 552 Infusum populum. * Genitor cum flumine sancto, 8 æ. 72
6 æ. 231 Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.
3 e. 101 Idē amor exitium est pecori, pecorisque magistro.
5 æ. 46 Annuus exactis completur mensibus orbis:
1 æ. 361 Tum celerare fugam, patriaque excedere suadet.

1 Fons ex carcere emanat quo Petrus baptizauit custodes & alios. 47.

Petrus Româ fugiens, in porta obuium habet Christum.

6 æ. 472 TAndē proripuit * cum sese à mœnibus Heros: 3 æ. 345
4 æ 556 Huic se forma Dei, vultu redeuntis eodem
12 æ. 372 Obiecit: * (Sic ille manus, sic ora ferebat,) 3 æ. 490
1 æ. 170 Fronte sub aduersa, * gressumque ad mœnia tendit, 1 æ. 414
12 æ. 867 Illi membra nouus soluit formidine torpor:
9 æ. 294 Atque animum Patriæ strinxit pietatis imago.
4 g. 76 Incipit effari, * aut veniendi poscere causas: 1 æ. 418
5 æ. 166 Quo diuersus abis? [2] iterum * via ducit in vrbem. 9 e. 1
2 æ. 749 Ipse vrbem repeto. * Contrà cui talia reddit, 10 æ. 530
1 e. 27 Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
6 æ. 134 Bis stygios innare lacus, * bis sanguine nostro: 1 g. 491
2 e. 7 Nil nostri miserere, mori me denique cogis.
1 æ. 375 Suspirans imoque trahens à pectore vocem:
2 æ. 432 Testor in occasu vestro, nec tela, nec vllas
2 æ. 433 Vitauisse vices, * eadem me ad fata vocasses, 4 æ. 468
10 æ. 854 Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem.
1 æ. 165 Hic tibi, fabor enim, quando hæc te cura remordet,
6 æ. 352 Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
6 æ. 694 Quàm metui, nequid, * quoniā spoliata Magistro est 5 g. 224
6 æ. 354 Deficeret tantis Nauis [3] surgentibus vndis.
6 æ. 546 Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit:

2 Venio Romam iterum crucifigi.

3 Ecclesia.

2 æ. 379 Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
2 æ. 380 Preſſit humi nitens,* Quæ mox ventura trahantur 4 g. 393
1 ę. 159 Proſpiciens [1] Genitor:* ſua nunc promiſſa repoſci, 12 æ. 2 *1 Petrus Papa.*
12 æ. 3 Se ſignari oculis:* recipitque ad limina greſſum, 11 æ. 29
4 æ. 475 Decreuitque mori,* ſeſe fortiſſimus [2] Heros 6 æ. 169 *2 Paulus,*
6 æ. 170 Addiderat ſocium, non inferiora ſequutus.

Martyrium Apoſtolorum An. Ch. 69.
Petri 25. Neron. 13.

1 e. 22 PAſtores ouium * damnati crimine mortis, 6 æ. 430
6 æ. 435 Inſontes * portę poluêre in limine vitam: 9 æ. 686
11 æ. 25 Hanc patriam peperêre,* Remo [3] cũ fratre Quirinus. 1 æ. 296 *3 Petrus & Paulus Romæ fundatores.*
6 æ. 540 Hic locus eſt, partes vbi ſe via findit in ambas:
8 æ. 467 Congreſſi iungunt dextras,* atque oſcula figunt: 8 æ. 400
12 æ. 731 Arrectæque amborum acies. At perfidus enſis
9 æ. 332 Tũ caput ipſi aufert Domino,* [4] truncũq; relinquit. *4 Paulus decollatur.*
3 g. 463 Et lac [5] concretum,* deuexo pondere ceruix 3 g. 524 *5 Lac ex capite Pauli & tres fontes ex trino capitis ſaltu*
4 æ. 690 Ter ſeſe attollens,* pro virginitate reponit. 12 æ. 878
8 æ. 240 Diſſultant ripę,* liquidos dant ordine fontes. 4 g. 376
1 e. 47 Fortunate ſenex,* poſtquam te fata tulerunt, 5 e. 34
7 æ. 460 Te liquidi fleuêre lacus,* fleuêre myricæ: 10 e. 13.
1 e. 40 Ipſi te fontes,* atque altę mœnia Romæ. 1 æ. 11
10 æ. 362 At parte ex alia * terræ defigitur arbos, 2 g. 290
11 æ. 33 Tum comes [6] auſpicijs charo datus ibat alumno. *6 Petrus crucifigitur inuerſo capite.*
10 æ. 717 Ille autem:* Haud equidem tali me dignor honore: 1 ę. 339
3 æ. 631 Ceruicem inflexam poſuit,* ſummumque putator, 2 g. 28
2 g. 29 Haud dubitat referens terrę mandare cacumen,
4 g. 438 Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra
6 æ. 573 Tum demum horriſono ſtridentes cardine, ſacrę
6 æ. 574 Panduntur portæ,* ſummo ſedet altus Olympo. 7 æ. 726
6 æ. 735 Quin [7] & ſupremo cum lumine vita reliquit *7 Petrus ianitor cœli.*
6 æ. 680 Incluſas animas, ſuperumque ad limen ituras:
7 æ. 913 Inſignis reſerat portas,* & cardine verſo 7 æ. 921

7 æ. 610 Robora: nec custos absistit limine Ianus.
5 g. 80 Salue sancte parens* Romanæ, conditor arcis: 8 g. 313
4 æ. 778 Adsis, ô placidusque iuues,* succedere cœlo. 4 g. 227
1 æ. 254 Nos tua progenies, cœli* recludere portas 7 æ. 617
1 æ. 599 Oramus, * cui tanta Deo permissa potestas. 9 æ. 97

ACTA SANCTI PAVLI APOSTOLI.

1 æ. 670 ADte confugio,* magnę spes altera Romæ, 12 æ. 168
4 æ. 4 Gentis honos;* nam te maioribus ire per altum 3 æ. 374
3 g. 375 Auspicijs manifesta fides.* Dicam horrida bella, 7 æ. 41
10 æ. 57 Torque maris, vastæque exhausta pericula terræ.

Conuersio eius An. Chr. 36. ætat. suæ 35. Act. 9.

1 Ante conversionem. 3 æ. 426 PRima[1] hominis facies* caligine voluitur atra; 9 æ. 36
6 æ. 897 Altera candenti perfecta nitens Elephanto
3 æ. 156 Sole recens orto,* qualis cum cærula nubes 8 æ. 623
8 æ. 624 Solis inardescit radijs, longeque refulget.
8 æ. 228 Ecce furens animis,* explorat ouilia circum 3 g. 537
9 æ. 339 Impastus ceu plena leo,* matresque, virosque 2 æ. 792
2 g. 407 Persequitur,* multam in medio sine nomine plebe. 9 g. 343
11 æ 766 Hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
11 æ. 767 Vndique circuitum,* & partes rimatur apertas. 11 æ. 748
10 æ. 100 Tum Pater omnipotens* procedere longius iras 5 æ. 461
10 æ. 578 Haud tulit,* & cœlo tandem miseratus ab alto est. 5 æ. 727
4 æ. 649 Conspexit Paulum,* primisque in faucibus Orci: 6 g. 273
9 æ. 354 Sensit enim nimia cæde, atque cupidine ferri.
6 æ. 110 Hîc primum noua lux oculis effulsit & ingens.
2 Saule Saule quid me persequeris? 3 g. 45 Et vox assensu nemorum ingeminata remugit:
12 g. 72 Ne quæso,[2] ne me,* spolijs indute meorum 12 æ. 945

Prosequere

12 æ. 73 Prosequere: * adductisque amens subsistit habenis. 12 æ. 622
3 ç. 172 Talibus attonitus visis, ac voce Deorum
3 æ. 309 Labitur, & longo vix tandem tẽpore fatur:
12 æ. 818 Et nunc ceedo [1] equidẽ, * mihi iussa capessere fas est. 1 æ. 81

1 Domine quid me vis facere?

10 æ. 750 Illum infrenis equi lapsu, tellure iacentem
3 æ. 71 Deducunt socij: * subitus tremor occupat artus: 7 ç. 446
5 ç. 432 Genua labant: * non lingua valet, non corpore notæ 12 æ. 911
12 æ. 912 Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur:
7 æ. 447 Diriguere oculi, * concreuit frigore sanguis. 12 æ. 905
8 æ. 530 Obstupuêre animis alij: * vox fertur ad aures 3 æ. 93
11 æ. 616 Fulminis in morem, * sed coràm agnoscere vultus 3 æ. 173
10 æ. 106 Haud licitum: * quales fama est volitare figuras, 10 æ. 641
10 æ. 642 Aut quę sopitos deludunt somnia sensus.
3 æ. 203 Tres adeo incertos cæca caligine soles
2 æ. 68 Constitit, atque * fames, & amor cõpressus edendi. 8 æ. 184
6 æ. 479 Hîc illi occurrit * diuino ex ore [2] Sacerdos, 3 æ. 373

2 Ananias

4 æ. 282 Attonitus tanto monitu imperioque Deorum:
6 æ. 145 Ergo alte [3] vestiga oculis, & rite repertum
6 æ. 146 Carpe manu, namque ipse volẽs facilisque sequetur.

3 Quære in domo Iudæ Saulũ Tharsensem.

4 g. 450 Tantum effatus: ad hæc vates vi denique multa
4 g. 451 Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
11 æ. 840 Ingemuitque deditque has imo pectore voces:
9 ç. 783 Vnus homo, * tantas strages impune [4] per vrbem 9 ç. 784
9 æ. 785 Ediderit? Iuuenum primos tot miserit Orco?
5 æ. 849 Ignorare iubes, mene huic confidere monstro?

4 Audiui de viro hoc quãta mala fecerit sanctis tuis &c.

10 æ. 621 Cui rex ætherei breuiter sic fatur Olympi:
3 æ. 395 Fata viam [5] inuenient: * mitte hanc de pectore curã. 6 æ. 85
6 æ. 112 Ille meum * nomen fama tot ferre per annos 3 g. 47
9 æ. 147 Apparat, * ipse sua molitur laude laborem. 4 æ. 233
5 æ. 357 Et simul his dictis, * longa cum veste Sacerdos 6 æ. 645

5 Vade, vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum &c.

9 æ. 23 Processit summoque hausit de gurgite lymphas:
3 æ. 355 Impositis * manibusque pijs, altaria iuxta 4 æ. 517
6 æ. 746 Concretam [6] exemit labem, purumque reliquit

6 Ananias baptizat Paulum nouum bellatorem.

2 æ. 500 Cæde Neoptolemum. *Quantum mutatus ab illo? 2 æ. 274
5 æ. 273 Qualis sępe viæ deprensus in aggere serpens:
3 g. 437 Cum positis nouus exuuijs, nitidusque iuuenta
3 g. 438 Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens.
5 ę. 88 Squamam incendebat fulgor: *simul incipit ipse 6 e. 26
2 g. 216 Dulcem ferre cibum, *postquā pauor, ossa reliquit. 3 æ. 57

Itinera et labores 2. Corinth. *11.*

4 e. 1 Sicelides Musæ Paulo maiora canamus.
4 æ. 3 Multa viri virtus animo, multusque recursat
4 g. 492 Effusus labor, *& terris iactātus, & alto, 1 æ. 7
4 æ. 692 Quæsiuit cœlo lucem, *sub fine laborum. 4 g. 16
2 æ. 750 Stat casus renouare omnes, *& facta [1] Parentis. 4 e 26
8 æ. 579 Nunc, ô, nunc liceat *totum mihi ferre per orbem. 8 e. 9
7 æ. 754 Quæ sors prima dedit, *nomen de nomine fingo* 3 ę. 18
6 æ. 820 Consulis, *æternumque [2] tenet per secula nomen. 6 æ. 235
11 æ. 398 Inclusus muris, hostilique aggere septus,
12 æ. 733 Ni fuga subsidio subeat, *demittitur alto 4 e. 7
2 e. penu. Viminibus; *celerique [3] elapsus corpore cessit: 5 æ. 445
12 æ. 759 Ille simul fugiens, *ventos perpessus & imbres, 9 æ. 60
7 æ. 384 Per medias vrbes agitur, populosque feroces:
8 æ. 190 Iam primùm saxis, *tot tempestatibus actus. 3 æ. 708
12 æ 630 Nec numero inferior, pugnæ nec honore recedes.
7 æ. 227 Quattuor[7] in medio * perhibent ex ordine menses 4 g. 507 7 Felicitas quatuor mensis in carcere trāsactis decollata est.
4 g. 509 Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris.
6 æ. 637 His demum exactis, * caput altum in prælia tollit: 5 æ. 375
7 æ. 2 Æternam moriens famam * iam septima portat, 1 æ. 759
4 æ. 33 Nec dulces natos, * sic exhortata reliquit: 12 æ. 159

2 g. 458 O fortunatos nimium,* iam matre perempta: 10 æ. 315
6 c. 45 Et fortunatam* natorum sanguine matrem! 8 c. 47

ACTA S. CÆCILIÆ VIRGINIS.

Hæc nupta Valeriano, in ipsa nocte nuptiarum, sponso suo secretum aperuit, nempe se habere Angelum amatorē, cuius vidēdi gratiâ Valerianus baptismū suscepit à S. Vrbano: idemque cum fratre Tiburtio postea martyrij palmam est adeptus Romæ sub Almachio præfecto. Anno Christi 232. Alexandri Seueri. *6.*

11 æ. 791 V[1] Irginis* ardentes accingar dicere pugnas: 3 g. 46
7 æ. 41 Tu vatem, tu diua mone,* cui[2] carmina semper 9 æ. 775
9 æ. 776 Et cytharæ cordi, numerosque intendere neruis.
4 æ. 56 Principio* castis adolet dum altaria tædis, 7 æ. 71
6 æ. 127 Noctes atque dies* tendens ad sydera palmas: 1 æ. 97
7 æ. 90 Et varias audit voces, fruiturque[3] Deorum
7 æ. 91 Colloquio:* quantum non noxia corpora tardant, 6 æ. 731
6 æ. 732 Terrenique hebetant artus,* sub pectore condit 12 æ. 950
1 g. 60 Continuò has leges,* & sancta[4] oracula Diuûm. 5 æ. 131
7 æ. 54 Multi illam magno è Latio totaque petebant
7 æ. 55 Ausoniâ: petit ante alios pulcherrimus[5] omnes
1 æ. 349 Cui pater intactam dederat primisque iugarat
1 æ. 350 Ominibus,* tantum egregio decus enitet ore. 4 æ. 150
9 æ. 107 Ergo aderat promissa dies:* dignisque Hymeneis 11 æ. 355
4 g. 475 Matres atque viri,* per limina læta frequentes 1 æ. 711
1 æ. 712 Conuenêre, toris iussi discumbere pictis.
7 æ. 146 Certatim instaurant epulas: atque omine magno
7 æ. 147 Crateras læti statuunt & vina coronant.
8 æ. 180 Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris
8 æ. 181 Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministrant.

[1] Cæciliæ.
[2] Est enim musicorum patrona.
[3] Angelorum.
[4] & Euangelium in pectore.
[5] Valerianus.

11 ę. 311	Ante oculos, interque manus sunt * mitia poma.	1 e. 81	
10 æ. 362	At parte ex alia * biforem dat tibia cantum:	9 æ. 618	
8 æ. 663	Hinc exultantes, * iuuat indulgerē choreis,	9 æ. 615	
6 æ. 645	Nec non Threïcius longa cum veste sacerdos,		
6 æ. 646	Obloquitur numeris septem discrimina vocum.		
1 æ. 220	Postquam exēpta fames epulis, mensæque remotæ,		
9 æ. 164	Discurrunt, variantque vices * vacua atria circum.	7 ę. 379	
6 æ. 523	Egregia interea [1] coniux * spem fronte serenat:	4 æ. 477	1 Cæcilia
1 æ. 213	Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem,		
8 æ. 413	Coniugis & possit * castum vt seruare cubile,	8 æ. 412	
3 æ. 21	Cœlicolûm [2] Regi * votum immortale sacrabat	8 æ. 715	2 Christo castitatem commendabat.
4 æ. 298	Omnia tuta timens. * Etiam nox humida cœlo	2 æ. 8	
2 æ. 9	Præcipitat, suadentque cadentia sydera somnos:		
4 g. 374	Postquam est in thalami pendentia pumice tecta		
4 g. 375	Peruentum, * & licito tandem sermone fruuntur:	8 æ. 468	
6 æ. 341	Sic prior alloquitur * dea, [3] nec dignata cubili est:	4 e. vlt.	3 Cæcilia.
12 ę. 19	O præstans animi iuuenis, * spes pascis inanes:	10 æ 627	
2 æ. 777	O dulcis coniux, * thalamis neu crede paratis.	7 ę. 97	
4 æ. 28	Ille meos primus, [4] qui me sibi iunxit, amores		4 Angelũ Dei habeo amatorem.
4 æ. 378	Interpres Diuûm, * Deus ęthere missus ab alto	4 æ. 574	
4 ę. 29	Abstulit: ille habeat secum, * nec coniugis vnquam	4 æ. 338	
4 æ. 339	Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.		
8 æ. 166	Ille mihi insignem * gemmis, auroque coronam	1 æ. 659	
8 æ. 167	Discedens clamydemque auro dedit intertextam.		
8 æ. 611	Talibus affata * impleuit [5] Genitoris amorem.	1 æ. 720	5 Dei
4 æ. 265	Continuo inuadit * iuuenili in corpore pallor:	12 æ. 221	
4 æ. 105	Olli (sensit enim simulata mente loquutam)		
12 æ. 625	Talibus occurrit: * Thalamos ne desere pactos.	10 æ. 649	
6 e. 56	Causando nostros in longum ducis amores:		
2 e. 19	Despectus tibi sum, * sordent tibi munera nostra.	2 e. 44	
1 e. 19	Sed tamen iste Deus [6] qui sit, * causasque requirit	6 æ. 710	6 Valerianus cupit videre Angelum.
6 æ. 535	Hac vice sermonum: * Cur dextræ iungere dextram	1 æ. 412	
1 æ. 413	Non datur, ac veras audire & reddere voces?		

2 æ. 524 Aut moriêre simul,* (quis fallere possit amantem?) 4 ç. 296
Cæcilia. 12 æ. 18 Olli sedato respondit * pectore virgo,[1] 3 æ. 426
2 æ. 605 Mortales hebetat visus, * neque cernitur vlli. 1 æ. 444
2 æ. 719 Attrectare nefas, donec* templique Sacerdos 7 æ. 419
6 ç. 746 Concretam exemit labem, purumque reliquit
6 æ. 747 Æthereum sensum, atque aurai simplicis ignem.
12 æ. 808 Ista quidem, quia nota mihi tua magna voluntas,
1 æ. 680 Quà facere id possis, nostram nunc accipe mentem.
6 æ. 404 Ád [1] genitorem * dexter adi pede sacra secundo:
4 æ. 635 Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.
4 æ. 127 Hîc Hymenæus erit:* susceptum perfice munus. 6 æ. 629
11 æ. 718 Hæc fatur virgo,* non aduersata petenti. 4 æ. 127
1 æ. 699 Iamque ibat dicto parens:* vox fertur ad aures 3 æ. 93
7 æ. 671 Fratris Tiburtî Haud quicquam mihi dulce meorũ 12 æ. 882
12 æ. 883 Te sine frater erit,* fratrem ne desere frater: 10 æ. 600
2 æ. 710 Vna salus ambobus erit,* commune periclum. 2 æ. 709
6 æ. 108 Ire ad conspectum chari Genitoris, & ora
6 ç. 109 Contingat: doceas iter, & sacra ostia pandas.
8 æ. 90 Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.
1 æ. 524 Postquam [2] introgressi * perfecto munere diuæ 6 æ. 637
4 g. 403 In secreta senis: * humeros dextrasque tenebat 9 æ. 250
9 æ. 251 Amborum, & vultum lachrymis atque ora rigabat,
5 æ. 135 Nudatosque humeros * pura circumtulit vnda 6 æ. 229
6 æ. 230 Spargens rore leui, & ramo fœlicis oliuæ.
2 æ. 203 Ecce autem gemini * rebus iam rite paratis 4 ç. 555
6 æ. 330 Tum demum admissi:* cùm circunfusa repente 1 æ. 591
1 æ. 592 Scindit se nubes & in æthera purgat apertum.
6 æ. 163 Vt venêre,[3] vident * afflata est numine quando 6 æ. 50
6 æ. 51 Iam propiore Dei,* & coram data copia fandi. 11 æ. 248
5 æ. 649 Quis vultus, vocisue sonus,* qui spiritus illi, 5 ç. 648
2 æ. 210 Ardentesque oculos,* diuini signa decoris 5 æ. 647
1 æ. 713 Mirantur:* nequeunt expleri corda tuendo. 8 æ. 265
1 æ. 407 Ambrosiæque comæ, diuinum vertice odorem

1 Vrbanum Papam ad quem mittitur baptizandus.

2 Valerianus cum fratre Tiburtio baptizatur à S. Vrbano

3 In re ita vident eam cum Angelo orantem.

1 æ. 408 Spirauêre: pedes vestis defluxit ad imos.
5 æ. 79 Purpureosque iacit flores * Cyllenia[1] proles: 4 æ. 258
4 æ. 506 Intenditq; locum sertis, & fronde coronat.
9 æ. 788 Talibus accensi [2] firmantur: * corpora bello 4 g. 217
4 g. 218 Obiectanr, pulchramque petût per vulnera mortē.

Cæcilia eodem anno balnearibus thermis inclusa, ter securi in capite percussa, migrauit ad cœlum duplici virginitatis & martyrij laureâ coronata.

11 æ. 148 AT non[3] Euandrum potis est vis vlla tenere,
9 æ. 621 Talia iactâtem dictis * animisque frementem: 12 æ. 371
9 æ. 422 Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
9 æ. 423 Persolues amborum, * animumque explesse iuuabit 2 æ. 586
2 æ. 587 Vltricis flammę, & cineres satiasse meorum.
8 æ. 366 Dixit, & angusti [4] subter fastigia tecti,
2 æ. 19 Includunt cęco lateri: * flammasque ministrant. 1 æ. 217
8 æ. 243 Non secus ac si quà penitus vi, terra dehiscens
8 æ. 244 Infernas reseret sedes: * immane barathrum 8 æ. 245
8 æ. 252 Faucibus ingentem fumum * (miserabile visu) 11 æ. 115
8 ę. 253 Euomit, inuoluitque domum caligine cæca.
3 g. 331 Æstibus at medijs * spem custodita fefellit: 8 æ. 218
4 g. 417 Dulcis compositis spirauit crinibus aura,
4 g. 418 Atque habilis membris venit vigor. * Ensis adactus 9 æ. 431
9 æ. 432 Transadigit costas, & candida pectora rupit.
12 æ. 740 Mortalis mucro, glacies ceu futulis, ictu
12 æ. 741 Dissiluit *. neque adhuc crudelibus occubat vmbris. 1 æ. 551
9 ę. 811 Ictibus ingeminât: * magnumq; ira ad æthera fatur: 10. æ. 459
4 ę. 433 Tempus inane peto, requiem spatiumque furori.
10 æ. 424 Audijt illa Deus: * spatio [5] post deinde relicto,. 5 æ. 321
11 æ. 418 Procubuit moriens, * oculos deiecta decoros. 11 æ. 480
11 æ. 508 O decus Italiæ, Virgo, quas dicere grates,
11 æ. 509 Quasue referre parem? * grates persoluere dignas 1 ę. 605

[1] Angelus
[2] Ambo fratres martyrium sustinuerût
[3] Almachium præfectum.
[4] In thermis balnearibus.
[5] Triduo post.

1 æ. 606 Non opis est nostræ,* facto sed fama perennis. 9 ç. 79

ACTA SANCTÆ AGATHÆ

Hæc ad Quintianum Siciliæ præsidem, eius amore irretitum perducta, primò alapis cęsa, deinde in mamilla torta, sed à B. Petro sanata, super carbones & testas volutata martyrium expleuit An. Ch. 254. Decij 2.

3 e. 66 AT mihi sese offert, * & pulchro pectore Virgo: 3 æ. 426
9 æ. 583 Insignis facie, *iam plenis nubilis annis. 7 æ. 53
10 æ. 134 Qualis gemma micat fuluum quę diuidit aurum:
1 æ. 597 Quale manus addunt ebori decus: aut vbi flauo
1 æ. 598 Argentum, Pariusue lapis circundatur auro.
[1] Quintianus præses. [2] Agathe. 6 æ. 337 Ecce gubernator[1]* tentat pręuertere amore, 1 ç. 725
1 ç. 726 Iampridem resides animos,* & virginis[2] arma. 1 æ. 319
12 æ. 70 Illum turbat amor, figitque in virgine vultus:
5 æ. 441 Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
5 æ. 442 Arte locum, & varijs assultibus irritus vrget:
11 æ. 721 Quàm facile accipiter* seruans de culmine summo, 1 g. 402
11 æ. 722 Consequitur pennis sublimem in nube columbam.
[3] Aphrodisia meretrix conatur peruertere S. Agatham. 7 æ. 415 Alecto[3] toruam faciem, & furialia membra
7 æ. 416 Exuit, in vultus sese transformat aniles:
7 æ. 357 Mollius, & solito matrum de more loquuta est:
4 æ. 32 Solane perpetua mœrens carpêre iuuenta?
4 æ. 33 Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
7 æ. 456 Sic effata, facem * dirarum ab sede sororum 7 æ. 324
7 æ. 347 Conijcit: inque sinum præcordia ad intima subdit.
7 ç. 408 Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis.
7 ç. 562 Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.
1 æ. 486 Diua solo fixos oculos auersa tenebat.

Dulcibus

3 g. 217 Dulcibus illa quidem illecebris * immota resistit : 7 æ. 586
7 æ. 292 Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta:
4 æ. 24 Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
4 æ. 27 Ante pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.
9 æ. 815 Tum demum preceps * oculos coniecit in hostem: 12 æ. 483
10 æ. 900 Hostis amare quid increpitas, mortemque minaris?
7 æ. 143 Ipse [1] manu quatiens,* immani vulnere malas 9 æ. 580
9 æ. 420 Sæuit atrox:* erratque aures & tempora circum. 5 æ. 435

1 Quintianus dat alapas Agathæ

12 æ. 67 Indum sanguineo veluti violauerit ostro
12 g. 68 Si quis ebur,* tales virgo dabat ore colores. 12 æ. 69
11 æ. 803 Hasta sub exertam donec perlata papillam
11 æ. 804 Hæsit, virgineumque altè bibit acta cruorem.
11 æ. 648 At medias inter cędes exultat [2] Amazon:
3 g. 455 Dum medicas adhibere manus ad vulnera [3] Pastor
4 g. 394 Solando cupit, & dictis auertere curas.
6 æ. 11. Antrum [4] immane petit,* postesque à cardine vellit: 2 æ. 480
9 æ. 650 Omnia longęuo similis, vocemque, coloremque,
9 æ. 651 Et crines albos:* medicans spargitque salubres 12 æ. 418
12 æ. 419 Ambrosię succos:* omnis de corpore fugit 12 æ. 421
12 g. 422 Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis.

2 Agathæ ob mamillã amputatã
3 S. Petrus apparuit S. Agathæ, eique mamillam restituit.
4 Carcerem

2 g. 508 Hic stupet [5] attonitus,* rupitque hãc pectore vocẽ: 3 æ. 246
4 æ. 594 Ferte citi flammas:* (pietas nec mitigat vlla.) 5 æ. 783
1 æ. 183 Et torrere parant flammis,* quia posse videntur 5 æ. 231
6 g. 521 Infœlix [6] habuit thalamus * sub rupe iacentem 10 e. 14
1 æ. 491 Tendentemque manus*. In crimine cędis & ignis, 7 g. 577
2 g. 120 Obstupuêre animi,* testa cum ardente viderent 1 g. 391
8 æ. 575 Incolumem:* medias acies, mediosque per ignes 7 æ. 296
7 æ. 350 Voluitur attactu nullo, fallitque furentem. [7]
7 g. 314 Atque immota manet:* puraque interrita parma, 11 æ. 711
2 æ. 405 Ad cœlum tendens ardentia * lumina vultu : 6 g. 156
2 æ. 406 Lumina, (nam teneras arcebant vincula palmas)
5 æ. 517 Decidit exanimis, vitamque reliquit in astris.
5 æ. 625 Infœlix [8] cui te exitio fortuna reseruat?

5 Quintianus,
6 Super carbones & testarũ fragmina volutatur.
7 Quintianum.
8 Quintianus in transitu fluminis ab equo precipitatur.

5 æ. 854 Ecce Deus * pœnam sceleratо ex sanguine sumit: 12 æ. 949
4 g. 455 Haudquaquam * obiectam passus transire paludē. 4 g. 503
10 æ. 892 Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
10 æ. 893 Verberat, effusumque equitem * proiecit in vndas: 5 æ. 859
1 g. 203 Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.

Vrbem Catanensem ab Ætnæ incendio liberauit, ad cuius sepulchrum Angeli tabulam marmoream appenderunt.

8 æ. 416 INsula * Sicanium iuxta latus, Æoliamque *
8 æ. 417 Erigitur Liparen: * iuxta tonat Ætna ruinis, 3 ç. 571
8 æ. 422 Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
3 æ. 572 Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem:
1 g. 473 Flammarumq; globos, * liquefactaq; saxa sub auras. 3 æ. 576
8 ç. 109 Terrentur visu * Siculis regionibus vrbes: 1 æ. 553
5 æ. 666 Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
5 æ. 684 Nec vires heroum, infusaque flumina prosunt.
5 æ. 76 Ad tumulum * innumeræ gētes populique volabāt, 6 æ. 706
1 Velum S. Agathæ igni admotum eius impetum compescuit. 2 æ. 168 Virgineas ausi Diuæ [1] contingere vittas.
3 æ. 682 Præcipites metus acer agit: * peplumque ferebant 1 æ. 484
1 æ. 523 Orantes veniam, & templum clamore petebant.
8 æ. 556 Vota metu duplicant matres: * & flamma quieuit 6 æ. 226
4 g. 99 Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.
2 Tabula marmorea scripta ab Angelo ad [illegible] 10 æ. 6 Cœlicolæ [2] magni, * per limina læta frequentes, 1 æ. 711
5 e. 40 Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras:
5 e. 42 Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.
12 æ. 646 Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
4 æ. 646 Conscendit: * tali reddam pro carmine dona: 5 e. 81
5 e. 46 Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
5 e. 47 Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
5 e. 83 Nec percussa iuuant fluctu tam littora; nec quæ
5 e. 84 Saxosas inter decurrunt flumina valles.

ACTA SANCTI LAVRENTII.

Post mortem Sixti Papæ cum Laurentius Diaconus thesauros Ecclesiæ pauperibus erogasset, Valerianus spe frustratus iussit vngues ferreos, & laminas ardentes illi admoueri. Qui vulneribus ab Angelo extersis tandem super cratem ferream assatus martyrij lauream obtinuit An. Chr. 261. Valeriani & Galieni 7.

Cum à nonnullis martyrium S. Laurentii referatur ad tempora Decii, id ita intelligendum est quod persecutio à Decio inchoata & à Valeriano repetita semper Decii nomen retinuerit, vt notat Baronius An. Ch. 253. numero 26.

12 æ. 769 LAurentí Diuo * magno nunc ore sonandum. 3 g. 294
7 æ. 496 Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore:
3 æ. 81 Vittis & sacrâ redimitus tempora lauro ,.
5 æ. 161 Rectorem [1] nauis *morientem, nomine clamat, 4 æ. 674
4 g. 320 Multa querens, atque hac affatus voce parentem.
10 æ. 811 Quò [2] moriture ruis? * Nostri tibi cura recessit, 2 æ. 595
4 g. 324 Pulsus amor? tuane hæc Genitor per vulnera seruor? 10 æ. 848
9 æ. 199 Mene igitur socium, summis adiungere rebus,
2 æ. 549 Degeneremque Neoptolemum, * tam fortibus ausis 9 æ. 281
4 æ. 578 Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses,
1 æ. 632 Me quoque per multos similis fortuna labores,
9 æ. 292 In casus omnes * dolor, atque eadem hora tulisset. 4 æ. 679
10 æ. 466 Tum [3] Genitor natum dictis affatur amicis.
4 g. 531 Nate licet tristes animo deponere curas.
6 æ. 71 Te quoque magna manent, * duri certamina belli: 10 æ. 146
5 æ. 111 Et palmæ pretium, * atque eadem mox arua tenebis: 10 æ. 741
12 æ. 19 O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
12 æ. 20 Virtute exsuperas, tanto * decet vsque teneri. 5 æ. 384
8 æ. 508 Sed mihi tarda gelu, seclisque effœta senectus,
8 æ. 473 Exiguæ vires: * leuia aut ludicra petuntur. 12 æ. 705

[1] Sixtum Papam.

[2] Quo progrederis sine filio pater? &c.

[3] Sixtus non ego te desero fili &c.

3 æ. 344 Talia fundebat * digreſſu dicta ſupremo. 8 æ. 583
12 ç. 430 Ille [1] auidus pugnę, * penitus defoſſa talenta 10 æ. 526
10 æ. 531 Argenti atque auri, * ſupplex in rebus egenis 6 æ. 91
1 ç. 201 Diuidit: & dictis mœrentia pectora mulcet.
1 æ. 351 Pigmalion [2] ſcelere ante alios immanior omnes
10 æ. 726 Gaudet hians immane, * atque auri cæcus amore, 1 æ. 353
3 æ. 55 Fas omne abrumpit, Polydorum [3] carcere frænat. 1 ç. 58
7 æ. 568 Hîc ſpecus horrendum, * fiduſque [4] ad limina cuſtos: 9 æ. 648
1 ç. 363 Theſauros, [5] ignotum argenti pondus & auri
1 æ. 652 Ferre iubet. * Quid non mortalia pectora cogis 3 æ. 56
3 ç. 57 Auri ſacra fames? * hic furto feruidus inſtat. 9 ç. 350
1 æ. 368 Pigmalionis [6] opes, * abiuratęque rapinæ, 8 æ. 263
8 æ. 264 Cœlo [7] oſtenduntur, * morſuque eluſus inani eſt. 12 æ. 755
4 æ. 510 Tercentum tonat ore deos, * exæſtuat ira: 9 æ. 798
8 æ. 371 Laurentumque [8] minis * vrget (miſerabile viſu) 1 æ. 115
1 g. 143 Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ,
2 æ. 204 Horreſco referens: * ſpargit rapida [9] vngula rores 12 æ. 339
12 æ. 340 Sanguineos, miſtaque cruor calcatur arena.
9 æ. 536 Et flammam affixit lateri: * nec vulnera terrent. 11 æ. 645
1 æ. 64 Sed pater omnipotens, * oculis hæc aſpicit æquis: 9 æ. 209
9 æ. 129 Auxilium ſolitum, * vires animumque miniſtrat. 9 æ. 764
1 g. 478 Viſa ſub obſcurum noctis * Cyllenia proles 4 æ. 258
6 ç. 191 Ipſa ſub ora [10] viri: * fluidum lauit inde cruorem. 3 æ. 663
2 g. 259 His animaduerſis, * acer Romanus [11] in armis 3 g. 346
9 æ. 23 Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite lymphas
6 æ. 116 Idem orans, * largos humeris infundere rores, 1 g. 385
6 ç. 861 Egregium forma iuuenem * namque ire videbat. 6 ç. 860
10 æ. 508 Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert.
11 æ. 64 Haud ſegnes alij crates, * ignemque ferebant: 12 æ. 119
5 æ. 103 Subijciunt verubus prunas, & viſcera torrent.
10 æ. 409 Ille ſedens victor, flammas deſpectat ouantes;
10 ç. 644 Irritatque [12] virum * dictis aque increpat vltro: 9 æ. 127
12 æ. 865 Hanc verſa [13] in faciem * ſemuſtum fulmine corpus. 3 æ. 578

1 S. Laurentius.
2 Valerianus.
3 Laurentium.
4 Hypolitus cuſtos in carcere.
5 Valerianus theſauros exigit.
6 Valeriani.
7 Per manus pauperum.
8 Laurentium.
9 Vngues ferreos.
10 Angelus extergit ſudores martyris.
11 Romanus miles [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

7 ç. 117 Nec plura, alludens * epulandum apponere mensis 4 æ. 602
6 æ. 46 Tempus (ait)* miroque incensum pectus amore: 3 æ. 298
1 g. 505 Quippe vbi * contactos artus sacer ignis edebat. 3 g. vlt.
7 æ. 814 Attonitis inhians animis, * iterum imminet [1] hostis, 10 æ. 26
4 g. 452 Et grauiter frendens * huc ora ferebat & illuc. 8 æ. 229
3 c. 24 Ipse fatebatur * manifesto numine ferri, 11 æ. 232
10 e. 64 Non illum nostri possunt mutare labores.
7 æ. 462 Ira super, magno veluti cum flamma sonore
7 æ. 463 Virgea, suggeritur costis vndantis aheni.
10 æ. 825 Quid tibi nunc, * fatis contraria fata rependens, 1 æ. 243
10 æ. 668 Omnipotens Genitor, * tanta dabit indole dignum? 10 æ. 826
4 g. 496 Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.
12 ç. 546 Hîc tibi mortis erant metæ: * nec Romula quondam 6 æ. 876
6 æ. 877 Vllo se tantum tellus iactabit alumno.

1 *Valerianus.*

ACTA S. HIPPOLYTI
ET SOCIORVM.

Hipp. in passione B. Laurētij ad fidem conuersus cum tota familia numero 19. triduo post baptismo fluminis simul & sanguinis baptisatus est, equis indomitis distractus, alij verò capitibus amputatis.



7 æ. 761 Bat & Hippolyti proles pulcherrima bello.
7 ç. 765 Namque ferunt fama [2] Hippolytum, postquam arte nouercæ
2 æ. 272 Raptatus bigis, * explerit sanguine pœnas: 7 æ. 766
7 æ. 769 Pæonijs reuocatum herbis, * venisse sub auras. 7 æ. 768
9 e. 55 Sed tamen ista satis: * non hic te carmine ficto 2 g. 45
2 g. 46 Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.
5 æ. 378 Quæritur huic alius, * fama super æthera notus. 1 æ. 383
9 æ. 648 Armiger [3] ante fuit, fidusque ad limina custos:

2 *Fabula vetus de Hippolyto qui dictus est Virbius.*

3 *Hippolytus miles custos B. Laurentij in carcere.*

7 æ. 5 At pius exequijs, *[1] genitori instaurat honores 5 æ. 94
12 æ. 769 Laurenti diuo, * tunicaque induitur artus. 8 æ. 457
1 Laurentium sepeliuit Christianus factus. 11 æ. 491 Exultatque animis, & spe iam præcipit hostem.
10 ç. 258 Principio [2] socijs edicit, signa sequantur:
2 10 ex familia sua. 10 æ. 259 Atque animos aptent armis, pugnæque parent se.
7 æ. 762 Virbius [3] insignem * pugnæ proponit honorem: 5 æ. 365
3 Hippolytus. 10 æ. 219 Atque illi medio * aptantur dentalia dorso, 1 g. 172
4 Lateribus & testulis excoriatus. 8 æ. 446 Vulnificusque chalybs *[4] degustat vulnere corpus. 12 æ. 376
9 æ. 796 Ille quidem hoc cupiens, *[5] Nutricis tegmine lætus: 1 æ. 279
5 Concordia quæ prima decollata est. 7 æ. 767 Turbatis distractus equis, * aterque cruento 2 æ. 272
2 æ. 273 Puluere, perque pedes traiectus lora tumentes.
7 æ. 779 Cornipedes arcentur equis * passimque soluti, 6 æ. 652
4 g. 522 Discerptum latos iuuenem sparsêre per agros,
3 g. 315 Horrentesque rubos: * secuêrunt corpora vepres, 3 g. 444
5 e. 39 Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
6 Omnes decollati sunt extra portam vrbis Romæ. 10 æ. 410 Non aliter sociûm [6] virtus coit omnis in vnum:
8 æ. 491 Obtruncant socios, * magnæ sub mœnibus vrbis. 12 æ. 116
3 æ. 493 Viuite felices, * ô terque quaterque beati: 1 æ. 98
1 æ. 203 O passi grauiora: dabit Deus his quoque finem.

ACTA SS. COSMÆ ET DAMIANI.

Ambo fratres medici, post virgas, ignes, cruces, lapides, et sagitas, capitis abscissione martyriū consummauerunt: Ægeæ in Arabia sub Lysia Procos. An. Ch. 285. Dioclet. & Maxim. 2.



6 ç. 845 Quò fessum rapitis * iuuenes, fortissima corda? 5 æ. 729
7 e. 4 Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.
7 Ambo medici. 12 æ. 393 Ipse suas [7] artes, sua munera lætus Apollo:

12 æ. 396 Scire potestates herbarum, vsumque medendi,
1 æ. 521 (Quæ fortuna viris,) * præstanti munere donat. 5 æ. 361
3 g. 504 Sin in processu cœpit crudescere morbus:
5 æ. 399 Haud equidē' pretio, * & senib⁹ medicātur anhelis. 2 g. 135
3 g. 549 Quæsitæque nocent artes, cessēre Magistri
3 g. 550 Phillyrides Chiron, Amithaoniusque Melampus.
8 æ. 554 Fama volat paruam subitò vulgata per vrbem:
5 æ. 529 Attonitis hæsēre animis: * ceu flamina prima 10 ç. 97
10 æ. 98 Cum deprensa fremunt, * acuunt rumoribus iras. 9 æ. 464
4 æ. 39 Nec venit in mentem, * quia sit diuinitùs illis 1 g. 415
1 g. 416 Ingenium, & rerum fato prudentia maior:
12 æ 427 Non hæc humanis opibus, non arte magistra.
2 æ. 348 Incipio super his, * armare in prælia fratres. 7 æ. 335
3 æ. 407 Hostilis[2] facies * vltrix accincta flagello, 6 æ. 570
10 æ. 412 Tendit in aduersos: * non densior aëre grando, 4 g. 80
4 g. 81 Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
12 æ. 256 Proiecit fluuio * cœlestia corpora demens: 11 ç. 276
3 g. 542 Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
7 æ. 530 Erigit: inde imo consurgit ad æthera fundo.
4 g. 477 Impositique rogis iuuenes: * nil Testibus[3] illis 8 c. 19
1 g. 121 Officiunt, * ducente Deo flammam inter & hostes. 2 æ. 632
2 g. 528 Ignis vbi in medio: * venti velut agmine facto, 1 æ. 86
1 æ. 87 Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant,
10 æ. 407 Correptis subito medijs, extenditur vnà
10 æ. 408 Horrida per latos acies Vulcania campos:
3 æ. 574 Attollitque globos flammarum, * accendit[4] agrestes. 7 æ. 482
10 æ. 712 Nec cuiquam irasci, propiusue accedere virtus:
10 æ. 713 Sed iaculis, tutisque procul clamoribus instant:
9 æ. 520 Missilibus certant, * præcisis vndique saxis. 8 æ. 233
10 æ. 803 Ac velut effusâ si quando grandine nimbi
10 æ. 804 Præcipitant, omnis campis diffugit arator.
2 g. 412 Durus vterque labor: * superat pars altera curæ. 3 g. 286
11 æ. 906 Sic ambo ad mūros, * iuuenū in clamore furentum, 11 æ. 838

1 Gratis sanabant infirmos.

2 Tortor flagellis concedit.

3 Martyribus resonat nomen Græcum.

4 Ministri tyranni ab igne quem sanctis parauerant consumpti.

1 Lapidea & sagitta retorquentur in ministros.

9 æ. 544 Transfossi ligno,* sublimi vertice nutant. 9 æ. 286
10 æ. 310 Intendunt acres[1] arcus, amentaque torquent,
10 æ. 801 Telaque conijciunt:* it toto turbida cœlo 12 æ. 283
1 æ. 284 Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber
10 æ. 320 Nil validæ iuuêre manus,* versisque sagittis 3 g. 31
9 æ. 543 Confixique suis telis:* vix vnus Helenor 9 æ. 544
9 æ. 545 Et Lycas elapsi,* in medijs conatibus ægri. 12 æ. 910
8 æ. 205 At furijs Caci[2] mens effera, ne quid inausum
8 æ. 206 Aut intentatum sceleris ue doliue fuisset,
2 g. 407 Persequitur:* ferroque secat pendentia colla. 9 æ. 331
9 æ. 252 Quæ vobis, quę digna viri,* pro talibus ausis 2 ę 535
9 æ. 253 Præmia posse rear solui,* certamine tanto? 4 æ. 99
2 æ. 536 Dij, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,
2 æ. 537 Persoluant grates dignas, & præmia reddant.

2 Tortor amputat capita martyrum.

ACTA SANCTI SEBA-
STIANI.

Sebast. dux primæ cohortis sub veste militari latitans, Christianos in carceribus confortabat: inter quos Marcus & Marcellianus fratres ipso hortante constanter martyrium sustinuerunt.



6 æ. 760 ILle (vides) pura iuuenis qui nititur hasta:
4 æ. 11 Quem sese ore ferens? quàm forti pectore & armis
12 æ. 728 Emicat hic?* viden' vt geminæ stent vertice cristæ? 6 æ 779
11 æ. 224 Multa virum meritis sustentat fama trophæis:
3 g. 125 Quem legêre Ducem,* bello cum longa cohortes 2 g. 279
2 g. 280 Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto.
12 æ. 842 Interea[3] excedit,* cum iam diffideret armis, 3 æ. 51
11 æ. 261 Militia ex illa:* reficitque in[4] prælia pulsos, 11 æ. 731

3 Reliquit militiam [illegible] Christi mo[illegible]les effectus. 4 Hortatur Christianos in carceribus.

Instabiles

4 g. 105 Instabiles animos * passim, & formidine captos, 2 æ. 354
5 æ. 177 Hortaturque viros:* quo non præstantior alter 6 ę. 164
6 ę. 165 Ære ciêre viros, Martemque accendere cantu.
12 æ. 516 Hîc [1] fratres * cæcis cohibet spelunca latebris: 3 æ. 424
8 æ. 585 In medio chlamyde, & pictis conspectus in armis,
12 æ. 625 Talibus occurrit dictis,* qui veste latebat. 6 æ. 406
2 æ. 387 O socij, quà prima (inquit) fortuna salutis
2 ę. 388 Monstrat iter, quàque ostēdit se dextra, sequamur.
2 æ. 359 Vadimus haud dubiā in mortē,* sed fama perennis. 9 æ. 79
6 æ 744 Mittimur Elysium, * per tot discrimina rerum: 1 æ. 208
1 æ. 201 Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
11 æ. 19 Ne qua mora ignaros, vbi primum vellere signa
9 æ. 268 Contigerit,* segnesque metu sententia tardet. 11 æ. 21
12 æ. 238 Talibus incensa est iuuenum sententia dictis.
10 æ. 599 Pluribus oranti * risit Pater [2] optimus olli: 5 æ. 358
12 ę. 434 Summaque per galeam delibans oscula fatur:
4 g. 386 Omine quo firmans animum,* viresque secundas 2 ę. 617
2 æ. 618 Sufficit,* & totum lustrabat lumine corpus. 8 æ. 153
8 æ. 179 Tum lecti iuuenes,[3] certatim *currere in vndas, 1 g. 386
11 æ. 476 Matronæ, puerique: vocat labor vltimus omnes.
2 æ. 203 Ecce autem gemini,[4] *pariterque ante ora parentū, 5 æ. 553
3 æ. 287 Postibus aduersis,* pedibus per mutua nexis, 7 æ. 66
11 æ. 883 Confixi expirant,* perque ilia venit arundo. 7 ę. 499

1 Marcum & Marcellianum filios Tranquillini.

2 Christus osculum dedit S. Sebastiano.

3 Multi baptisati sunt à Sebast.

4 Marcus & Marcellianus.

Sebast. sagittis cōfossus, ac pro mortuo relictus, recuperata valetudine se offert iterum Dioclet. qui iussit eum virgis tandiu cædi, quousque animam exhalaret.

2 g. 125 Et gens illa quidem sumptis nō tarda pharetris,
2 g. 530 Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.
12 æ. 129 Vtque dato signo, spatia in sua quisque recessit:
6 æ. 164 Misenum [5] Æolidem * sublimē in stramine ponunt, 11 æ. 67
8 æ. 712 Pandentemque sinus:* fundunt simul vndique tela 11 æ. 610
11 æ. 611 Crebra niuis ritu:* quales sub nubibus atris 10 æ. 264

5 Sebastianum.

10 æ. 265 Strymoniæ dant signa grues, atque æthera tranant.
4 g. 314 Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.
10 æ. 883 Inde aliud super atque aliud figitque volatque.
11 æ. 874 Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:
5 æ. 275 Seminecem * ignoto camporum in puluere linquunt. 11 ç. 566
10 æ. 215 Iamque dies cælo concesserat, almaque curru
10 æ. 216 Noctiuago Phœbe medium pulsabat Olympum:
11 æ. 3 Præcipitant curæ,* socijs dare tempus humandis. 11 æ. 2

1 Vrenea curauit vulnera S. Sebastiani in domo sua.

4 æ. 211 Fœmina[1] quæ * nota fertur regione viarum, 11 æ. 530
10 æ. 823 Ingemuit miserans grauiter:* de poste refixum 5 æ. 360
4 g. 362 Accepitque sinu,* lacerum crudeliter ora, 6 ç. 495
6 æ. 496 Ora manusque ambas,* laniatum corpore toto. 6 æ. 494
12 æ. 412 Dictamum * caulem folijs, & flore comantem 12 æ. 413
12 æ. 417 Detulit, hoc fuscum * corpus perduxit: at illi 4 g. 416
10 æ. 834 Vulnera siccabat lymphis:* hîc plurimus ignis. 7 c. 49
12 æ. 423 Iamque secuta manum, nullo cogente, sagitta
12 æ. 424 Excidit, atque nouæ rediêre in pristina vires.

2 Sebastianus iterum se offert Diocletiano.

3 g. 235 Post vbi collectum robur, viresque receptæ:
12 æ. 902 Altior insurgens, & cursu concitus[2] Heros,
10 æ. 149 Regem adit, & regi memorat* periuria gentis: 4 æ. 542
6 æ. 892 Et quo quemque modo fugiatque feratq; laborem.
2 g. 516 Nec requies quin * se medios moriturus in hostes 9 æ. 400
9 æ. 401 Inferat, aut pulchram properet per vulnera mortem.
9 æ. 473 Interea pauidam volitans pennata per vrbem,
9 æ. 474 Nuntia fama ruit;* serpitque per agmina murmur, 12 æ. 239
4 g. 263 Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.
8 æ. 247 Ergo insperata deprensum in luce repente

3 Virgis ca[illegible] expirauit.

5 æ. 228 Instigant[3] studijs, * pronique in verbera pendent: 5 æ. 147
9 æ. 668 Quantus ab occasu veniens pluuialibus hœdis
9 æ. 669 Verberat imber humum, * penitusque procacibus Austris. 1 æ. 540

11 æ. 640 Voluitur ille excussus humi: * plagisque perempto 4 g. 301
10 ç. 487 Vna eademque via sanguisque animusque sequuntur.
6 æ. 203 Sedibus optatis * sublimem gloria tollit. 10 ç. 144

Corpus eius in cloacam deiectum, Lucina matrona, cui Sanctus in somnis apparuerat, sepulturæ mandauit. Passus est autem Romæ sub Fabiano præfecto. An. Ch. 286. Dioclet. & Maxim. 3.

8 æ. 193 Hic spelunca [1] fuit vasto submota recessu: — 1 Cloaca.
6 æ. 239 Quam super haud vllæ poterant impunè volantes
6 æ. 240 Tendere iter pennis, * exhalat opaca Mephitim, 7 æ. 84
11 æ. 30 Corpus vbi exanimi positum: * sed pronus in ipso 5 æ. 332
5 æ. 333 Concidit immũdoque fimo * graueolentis Auerni. 6 æ. 201
1 æ. 357 Ipsa sed in somnis inhumati [2] venit imago: — 2 Sebastiani.
11 æ. 476 Matronæ [3] * ante oculos his se cum vocibus offert. 7 æ. 420 — 3 Lucina
11 æ. 372 Nos animæ viles, inspleta inhumataque turba
11 æ. 373 Sternemur campis? * facilis iactura sepulchri est: 2 æ. 646
7 ç. 599 Funere fœlici spolior * iam morte sub ægra. 3 g. 512
10 æ. 904 Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorum
10 æ. 905 Circunstare odia, hunc oro defende furorem.
9 æ. 213 Sit qui me raptum pugna, * decoretque sepulchro: 9 æ. 215
6 æ. 371 Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.
1 æ. 306 Et iam iussa facit: * crates & molle pheretrum 11 æ. 64
11 æ. 65 Arbuteis texunt virgis, * dux fœmina facti. 1 æ. 368
12 æ. 851 Si quando lethum [4] horrificũ morbosq; Deũ Rex — 4 Sebastianus præsẽs contra bellum & pestem.
12 æ. 852 Molitur, meritas aut bello territat vrbes:
2 g. 130 Auxilium venit, ac membris agit atra venena:
6 æ. 737 Corporeæ excedunt pestes * mortalibus ægris. 1 g. 237

ACTA S. TIBVRTII.


Nudis pedibus prunas ardentes calcans capite truncatur.
An. Ch. 286. Dioclet. & Maxim. 3.



7 æ. 733 NEc tu carminibus nostris indictus abibis:
7 æ. 671 Fratris Tiburtî * magnûm & memorabile nomen, 4 ç. 94
10 æ. 317 Cui licuit paruo * medium fugisse per ignes. 10 æ. 56
1 Calcans carbones. 7 æ. 531 Hic iuuenis primã ante aciem,* seque ipse per[1] ignẽ 8 æ. 256
8 æ. 257 Præcipiti iecit saltu:* & nî fata resistant, 4 g. 455
2 æ. 600 Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ignis.
2 Dicebat se rosas calcare. 6 æ. 707 Ac veluti in [2] pratis vbi apes æstate serena.
6 ç. 708 Floribus insidunt varijs, & candida circum
4 g. 275 Funduntur,* vel mixta rubent vbi lilia multa 12 æ. 68
12 æ. 69 Alba rosa: tales* æstus incendia voluunt, 2 æ. 706
10 æ. 764 Cum pedes incedit* subiectis ignibus atris: 11 æ. 186
12 ç. 339 Hostibus insultans,* & fata extrema sequutus: 9 æ. 204
12 æ. 318 Has inter voces, media inter talia verba.
1 e. 12 Vsque adeo * medium freti pietate per ignem, 11 æ. 787
11 æ. 788 Cultores multâ premimus vestigia prunâ.
10 æ. 880 Nec mortem horremus, nec diuûm parcimus vlli
4 æ. 676 Hoc rogus iste mihi, hoc aræ ignesque parabant.
3 Torue. 3 æ. 407 Hostilis facies,[3] * oranti & multa precanti 11 æ. 697
12 æ. 382 Abstulit ense caput, truncumque reliquit arenâ.
7 ç. 427 Hæc adeo * via sola fuit quâ perdere posses: 10 æ. 879
2 æ. 554 Hæc finis.* Tanton' placuit concurrere motu 12 ç. 503
10 æ. 18 O Pater,* æternâ gentes in pace futuras? 12 ç. 504

ACTA S. MAVRITII ET SOCIORVM.

Maximiano in Gallias proficiſcente, inuenta eſt in exercitu eius legio Thebæorum militum Chriſtianorum, qui deorum ſacrificia detrectantes, prius militari more decimati, ac demum in eos immiſſo exercitu, omnes internecioni traditi ſunt, apud Agaunum. An Ch. 297. Dioclet. & Max. 14.



1 æ. 373 Ed vos qui tandem, quibus aut veniſtis ab oris?
10 æ. 793 Non equidem, nec te* ductor [1] fortiſſime bello 10 æ. 185 1 Mauritius.
10 æ. 186 Tranſierim,* mihi cùm liceat tua dicere facta. 8 e. 8.
9 ç. 163 Purpureis criſtis iuuenes,* ex vrbe ruentes 4 æ. 401
9 æ. 697 Thebana,* longe effulgent, oſtroque decori. 5 æ. 133
8 æ. 500 Flos veterum virtuſq; virûm, quos iuſtus in hoſtem
8 æ. 501 Fert dolor:* aut ardens euexit ad ęthera virtus. 6 æ. 130
9 æ. 25 Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,
11 ç 599 Compoſiti numero in turmas: fremit æquore toto
11 æ. 600 Inſultans ſonipes, & preſſis pugnat habenis.
11 æ. 192 It cœlo clamorque virûm, clangorque tubarum.
12 æ. 121 Procedit legio, * pietate inſignis & armis, 6 ç. 403
3 g. 347 Iniuſto ſub faſce viam cum carpit, & hoſtem
3 g. 348 Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris:
8 æ. 678 Hinc Auguſtus [a] agens Italos in prælia Cæſar, a Maximianus.
1 g. 490 Romanas acies: * diuoſque in vota vocauit. 7 ç. 471
12 æ. 172 Illi ad ſurgentem conuerſi lumina ſolem,
12 æ. 173 Dant manibus fruges,* paterique altaria libant; 12 æ. 174
9 æ. 368 Cætera dum legio campis inſtructa moratur.
5 æ. 562 Agmine partito fulgent, paribuſque magiſtris:

9 æ. 182 His amor vnus erat, pariterque in bella ruebant:
7 æ. 695 Ibant æquati numero, regemque canebant,
1 Christe. 2 æ. 389 Mutemus clypeos,* sequimur te sancte [1] Deorum: 4 æ. 576
4 e. 13 Te duce * nũquam omnes hodie moriemur inulti: 2 æ. 670
11 æ. 456 Haud secus atque alto in luco, cum forte cateruæ
11 æ. 457 Consedêre auium, piscosoue amne Padusæ
7 æ. 701 Dant per colla modos,* ludunt stridentibus alis. 1 æ. 401
2 Maximianus. 8 æ. 720 Ipse [2] sedens niueo candentis limine Phœbi,
8 æ. 721 Dona recognoscit populorum,* atque aggerat iras. 11 æ. 343
3 Legio decimata est eo quod detrectaret sacrificia idolorum. 9 æ. 63 Sæuit in absentes:* legio [3] sortita periclum 9 æ. 174
11 æ. 290 Hæsit, & in decimum * stat ductis sortibus vrna. 6 æ. 22
11 ę. 235 Imperio accitos * affatur voce superba: 7 æ. 544
5 æ: 670 Quis furor iste nouus? * Quia nam sententia vobis 10 æ. 6
10 æ. 7 Versa retro: tantumq; animis certatis iniquis?
11 æ. 278 Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas.
6 æ. 620 Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos:
1 æ. 546 Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
1 æ. 547 At sperate deos memores fandi atque nefandi.
7 æ. 595 Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas.
12 æ. 277 At fratres animosa Phalanx,* dant funera ferro 11 ę. 646
11 æ. 647 Certantes:* ea visa salus morientibus vna: 3 g. 510
10 æ. 498 Cæsa manus iuuenum fœde,* neq; ab ordine cedũt. 3 æ. 447
1 æ. 744 Post alij proceres,* audita cæde suorum, 9 æ. 778
2 g. 11 Sponte sua veniunt,* mens omnibus vna sequendi: 10 æ. 182
4 Idolis sacrificare. 10 æ. 715 Non vlli est animus * flammis adolêre [4] penates. 1 æ. 708
9 æ. 760 Sed furor ardentem, [5] cædisque insana cupido
5 Maximianum. *6 Reliqui eadem pœna plectuntur.* 9 æ. 761 Egit in aduersos:* [6] mactantur corpora morti 11 æ. 197
2 æ. 331 Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis.
3 æ. 140 Linquebant dulces animas * discrimine tali. 9 æ. 210
12 æ. 553 Nec mora, nec requies, * ingens concursus ad ipsa 9 æ. 454
11 æ. 102 Corpora, per campos ferro quæ fusa iacebant:
11 æ. 205 Multa virûm terræ infodiunt, auectaque partim
11 æ. 206 Finitimos tollunt in agros, vrbique remittunt.

2 æ. 521 Non tali auxilio, nec defensoribus istis,
1 g. 329 Fulmina molitur dextra * Rex magnus Olympi. 5 æ. 533
3 æ. 375 Auspicijs manifesta fides: * nunc maxima [1] rerum 7 æ. 602
7 æ. 603 Roma colit, cum prima mouent in prælia martem:

[1] S. Mauritius cum suis inuocatur in bello.

PERSEQVVTIO DECIMA.

An. Chr. 302. Dioclet. & Maxim. 19. *circa celebritatem Paschalem indicitur ab Impp. vt vbique terrarum Ecclesię deturbentur, Christianorum scripturæ comburantur, Ecclesiarum Presides in vincula conijciantur, & omnes tormentis adhibitis ad immolandum idolis compellantur.*



7 æ. 641 Pandite nunc Helicona Deæ, cantusque mouete.
7 æ. 40 Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ,
7 æ. 642 Qui bello exciti Reges: * bella horrida bella 6 æ. 86
6 æ. 87 Et Tibrim multo spumantem sanguine cerno.
7 æ. 674 Ceu duo nubigenæ, cum vertice montis ab alto
7 æ. 675 Descendunt, * magno cedunt virgulta fragore. 7 æ. 677
8 æ. 361 Romanoque foro, * stetit [2] acri fixa dolore 7 æ. 291
3 æ. 287 Postibus aduersis, * hęc belli summa nefandi: 12 æ. 572
3 g. 257 Atque hinc atque illinc, * pagos & compita circum. 2 g. 382
12 æ. 118 In medioque [3] focos & dijs communibus aras
12 æ. 119 Gramineas: alij fontemque ignemque ferebant,
8 æ. 718 Omnibus in templis matrũ chorus, omnibus aræ:
8 æ. 105 Vnâ omnes iuuenum primi pauperque Senatus
8 æ. 106 Thura dabant, trepidusque cruor fumabat ad aras.
11 æ. 788 Cultores * [4] quorum melior sententia menti, 2 æ. 55
4 g. 104 Contemnunt * diuûm effigies, & templa tueri. 7 æ. 443
5 æ. 661 Pars spoliant aras: frondem ac virgulta, facesque

[2] Edictum persequutionis vbique promulgatũ

[3] Statuæ & aræ Deorum per vicos proponebantur vt Christiani ad sacrificandum incitarentur.

[4] Christiani.

5 æ. 662 Conijciunt:* rapiuntque focis penetralibus ignem. 5 æ. 660
[1] Persequutionis atrocitas. 6 æ. 557 Hinc exaudiri [1] gemitus. & sæua sonare
6 ç. 558 Verbera, tum stridor ferri, tractæque catenæ.
2 æ. 364 Plurima perque vias sternuntur inertia passim
2 ç. 365 Corpora, perque domos * oriturq; miserrima cædes. 2 æ. 411
6 æ. 616 Saxum ingens voluunt alij, radijsque rotarum
6 æ. 617 Districti pendent:* alijs sub gurgite vasto 6 æ. 741
8 æ. 410 Impositum * eluitur scelus, aut exuritur igni. 6 æ. 742
7 æ. 507 Stipitis hic grauidi nodis,* ille actus habena. 7 æ. 380
6 æ. 625 Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
6 æ. 627 Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
11 æ. 215 Hic matres miseræque nurus, hic chara sororum
10 æ. 216 Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi.
1 g. 353 Ipse Pater * tantos mortalibus esse labores, 10 ç. 759
1 g. 122 Haud facilē esse viam * voluit rex magnus Olympi, 5 æ. 533
1 g. 124 Nec torpere graui passus sua regna veterno.

ACTA SANCTI VINCENTII.

Vincētius Leuita accepta facultate à B. Valerio Episcopo, Præsidem Dacianum aggreditur: quo iubēte in equuleo tortus vnguibus ferreis laceratus, insuper laminis ardentibus applicatis super catastam & lectum ferreum extensus glorioso martyrio coronatur Valentiæ in Hispania. An. Ch. 303. Dioclet. & Maxim. 20.



10 æ. 791 HIc mortis duræ casum, tuaque optima facta
10 æ. 793 Non equidem, nec te iuuenis, memorande, silebo:
4 æ. 337 Pro re pauca loquar,* verbis ea vincere magnum. 3 g. 289
[2] Dacianus 8 æ. 228 Ecce furens animis * descendens Dacus [2] ab Istro: 2 g. 497

Tempore

3 g. 245 Tempore non alio catulorum oblita leæna
3 g. 246 Sæuior errauit campis: * Natumque [1], Patremque, 4 æ. 605 — 1 Vincentium & Valerium detrudit in carcerem.
1 æ. 58 Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.
7 ç. 531 Hic iuuenis primam ante aciem* fulgentibus armis, 6 æ. 861
10 æ. 588 Aptat se pugnæ,* hac affatus voce Parentem. 4 g. 320
9 æ. 186 Aut pugnã, aut aliquid iamdudum inuadere magnũ
9 æ. 187 Mens agitat mihi, nec placidâ contenta quiete est:
11 æ. 505 Me sine prima manu tentare pericula belli.
11 æ. 383 Proinde tona eloquio:* mea dicta Tyranno 12 æ. 75
12 æ. 76 Haud placitura refer: * [2] tua si mihi certa voluntas, 4 æ. 125 — 2 Si iubes Iudicem aggrediar.
8 c. 103 Aggrediar,* licet arma mihi mortéq; minetur. 11 æ. 348
11 æ. 346 Det libertatem fandi, flatusque remittat.
4 ç. 96 Nec me adeò fallit,* dicat se iudice victum. 4 c. 59
11 æ. 251 Auditis ille hæc placido sic reddidit ore:
1 æ. 668 Nate meæ vires,* si tantum pectore robur, 11 æ. 368
11 ç 370 Aude, atque aduersum fidens fer pectus in hostem.
8 æ. 472 Nobis ad belli auxilium, pro nomine tanto
1 æ. 533 Non ea vis animo:* feræque ad fortia vires. 8 æ. 509
8 æ. 483 Quid memorẽ infandas cædes, quid facta [3] Tyranni. — 3 Daciani.
8 æ. 485 Mortua quinetiam iungebat corpora, viuis.
7 æ. 420 Et iuueni [4] ante oculos,* minitans & saucius instat. 12 ç. 763 — 4 Vincẽtio.
5 æ. 465 Infœlix, quæ tanta animum dementia cepit?
3 c. 51 Efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.
12 æ. 832 Verum age, & inceptum frustra submitte furorem:
2 æ. 607 Iussa time, neu præceptis parere recusa.
12 æ. 894 Ille caput quassans: Non me tua feruida terrent
12 æ. 895 Dicta ferox:* tentanda via est, qua me quoq; possim 3 g. 8
3 g. 9 Tollere humo, victorque virûm volitare per ora:
9 æ. 220 Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
2 æ. 575 Exarsêre ignes animo: * tum maximus [5] Heros 6 ç. 192
289 12 ç. 295 Desuper altus equo,* diuersaque brachia ducens 9 æ. 623 — 5 Vincentius in equuleo tortus.
497 8 æ. 265 Protrahitur,* totoque ingens extenditur antro. 6 ç. 423

1 *Vngues ferrei.*	11 æ. 524	Vrget vtrimque latus *argutæ[1] lamina ſerræ.	1 g. 143
2 *Dacianus*	11 æ. 483	Armipotens belli Præſes[2] * incanduit æſtu:	3 g. 479
	12 æ. 665	Obſtupuit varia confuſus imagine rerum.	
	7 æ. 578	Terrorem ingeminat: * (ſed nullis ille mouetur)	4 æ. 438
	12 æ. 228	Rumoreſque ſerit varios, ac talia fatur.	
	8 æ. 439	Tollite cuncta (inquit) cœptoſque auferte labores	
3 *Miniſtri & tortores*	8 æ. 440	Ætnæi[3] Cyclopes, & huc aduertite mentem:	
	1 g. 267	Nunc torrete igni. * Nec plura effatus, at illi	8 æ. 443
	4 æ. 295	Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt:	
4 *Torretur ſupra ignẽ etiam ſale inſperſo.*	1 æ. 177	Et ſale[4] tabentes artus * & viſcera torrent.	5 æ. 103
	12 æ. 923	Diſſultant crepitus: * ſubiectiſque ignibus atris	11 g. 156
	8 æ. 431	Fulgores nunc terrificos, ſonitumque, metumque,	
	8 æ. 432	Miſcebant operi, flammiſque ſequacibus iras.	
	8 æ. 391	Non ſecus atque olim tonitru cum rupta coruſco	
	8 æ. 392	Ignea rima micans, percurrit lumine nimbos.	
5 *Extenſus ſupra lectũ ferreum.*	6 æ. 280	Ferreique Eumenidum[5] thalami * vidēre iacentem:	6 e. 14
	8 æ. 180	Viſcera toſta * vtero, & ruptis efferuere coſtis.	4 g. 556
6 *Vincẽtius*	11 æ. 712	At[6] iuuenis * medijs feruoribus acrior inſtat.	3 g. 154
7 *Tortores*	4 æ. 576	Ecce iterum ſtimulat * vaſto Cyclopes[7] in antro	8 æ. 424
	3 æ. 678	Ætnæos fratres * tanto feruore furentes.	10 æ. 578
	5 æ. 413	Sanguine, cernis, adhuc * ſopitos ſuſcitat ignes:	8 æ. 410
8 *Amor Dei pectus incendit martyris.*	2 æ. 699	Præcipitatque moras: * eſt mollis[8] flamma medullas	4 æ. 606
	4 æ. 607	Interea, & tacitum viuit ſub pectore vulnus.	
	7 æ. 78	Id vero horrendum, ac viſu mirabile ferri:	
	2 g. 261	Porta tonat cœli, crebrique in nubibus ignes	4 æ. 209
9 *Vincentius ſplendore cœleſti perfuſus.*	4 æ. 465	Terribili monitu horrificant: * certamine[9] Victor	5 æ. 493
	8 æ. 532	Tum memorat: ne vero hoſpes, ne quęre profecto	
	8 æ. 533	Quem caſum portenta ferant, ego poſcor Olympo.	
10 *Voces Angelicæ.*	7 æ. 432	Cœleſtum[10] vis magna iubet * deponere curas:	4 g. 531
	7 æ. 12	Aſſiduo reſonat cantu, * roremque miniſtrat.	2 g. 213
	2 g. 81	Exijt ad cœlum * multis cum millibus Heros.	5 g. 289
11 *Dacianus fatetur ſe victum à Vincentio.*	2 æ. 699	Hic etiam victus[11] * rabidoque hæc addidit ore,	7 g. 451
	7 æ. 310	Vincor ab Ænea, * nec dijs, nec viribus æquis.	5 æ. 509

10 æ. 559 Alitibús linquêre feris: aut gurgite mersum,
10 æ. 560 Vnda feret, piscesque impasti vulnera lambent.
8 æ. 183 Perpetui [1] tergo bouis * asper & improbus ira, 9 æ. 62 — 1 Insulam cymulea in mare demergitur.
10 æ. 496 Exanimum rapiens * liquidas proiecit in vndas. 5 æ. 859
5 æ. 336 Ille autem spissâ iacuit reuolutus arena.
1 g. 410 Tum liquidas [2] corui presso ter gutture voces — 2 Coruus iuxta littus seruat corpus martyris ab inimicis.
8 æ. 420 Auditi referunt, * ne quis contingere posset. 1 æ. 417
7 æ. 33 Assuetæ ripis volucres & fluminis alueo
12 æ. 252 Conuertunt clamore fugam (mirabile visu.)
3 æ. 63 Aggeritur [3] tumulo tellus: * redduntur honores 5 æ. 347 — 3 Sepulturam.
2 g. 123 Extremi.* Quem das finem Rex magne laborum? 1 æ. 245
6 ç. 825 Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.
3 æ. 321 O fœlix, * meriti tanti non immemor vnquam, 9 æ. 256
9 æ. 626 Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona.

ACTA S. AGNETIS.

Agnes virgo Romana ad prostibulum damnata, flammis concupiscentię & ignis extinctis, gladio vitam finiuit cum esset annorum 12. sub Symphronio Præfecto. An Ch. 304. Dioclet. & Maxim. vlt.

6 æ. 560 QVæ scelerum facies? O Virgo: [4] * sed quis Olympo 12 æ. 234 — 4 Agnes.
12 æ. 635 Demissam tantos voluit te ferre labores.
9 æ. 405 Astrorum decus * hęc edissere vera roganti: 2 æ. 149
6 æ. 266 Sit mihi fas audita loqui * narrantis ab ore. 4 æ. 79
8 e. 39 [5] Alter ab vndecimo [6] tum me iam ceperat annus:
1 æ. 43 Híc illum [7] vidi, * connubia nostra petentem 12 æ. 42 — 5 Inducit Agnetem loquentem. 6 I. 12. annus aut 13. 7 Iuuenem qui eam deperibat
6 æ. 861 Egregium forma, * si mens non læua fuisset: 2 æ. 54
4 æ. 15 Si mihi non animo fixum immotumque sederet,
4 æ. 16 Ne cui me vinclo vellem sociare iugali.
2 ç. 348 Incipio super his, * mentem turbata dolore: 12 æ. 596

4 æ. 565 Non fugis [1] hinc præceps? * quæ te dementia cepit? 2 e. 69
12 æ. 733 Ni fuga subsidio subeat, * dabis improbe pœnas. 4 æ. 386
4 æ. 28 Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores
4 æ. 29 Abstulit: ille habeat secum, * Rex magnus Olympi. 5 æ. 533
2 ę 588 Talia iactabam, * trepidusque repente refugit. 2 æ. 389

1 Discede à me pabulū mortis quia ab alio amatore præuenta sum.

2 æ. 403 Ecce trahebatur [2] * circundata turbine corpus, 11 æ. 596
5 æ. 135 Nudatosque humeros, * neu quis cōtingere posset: 1 æ. 417
1 æ. 443 Infert se * miscetque viris, neque cernitur vlli, 1 æ. 444
11 æ. 522 Est curuo anfractu vallis accommoda fraudi,
6 æ 139 Lucus & obscuris claudunt conuallibus vmbræ:
9 ę. 383 Rara per occultos ducebat semita colles.
8 æ. 335 His posuère locis * secreta in sede latentem: 2 æ. 568
4 g. 488 Cùm subita incautum dementia cepit amantem.
7 ę. 473 Hunc decus egregium formæ mouet atque iuuẽtæ:
7 æ. 114 Et violare manu, * iuuenili ardebat amore. 8 æ. 163
5 æ. 329 Labitur infœlix, * & membris lubricus errat: 7 æ. 353
11 æ. 492 Qualis vbi * in pastus armentaque tendit equarum 11 æ. 494
11 æ. 493 Tandem liber equus, campoque potitus aperto,
3 g. 94 Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

2 Nuda trahitur ad prostibulū, cuius corpus velatū est ne ab impiis videretur.

12 æ. 371 Non tulit instantem * summi Regnator Olympi: 7 æ. 558
2 æ. 221 Sub pedibusque Deę * [3] moribūdum extendit arena, 5 æ. 374
12 ę. vlt. Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
3 c. 35 Verum, (id quod multò tute ipse fatebere maius)
8 æ. 617 Ille Deæ donis * mox sese attollit in auras. 4 ę. 177
5 æ. 368 Nec mora continuò, * vulgatur fama per vrbem, 12 æ. 608

3 Iuuenis qui eam violare conatus est, morte correptus sed mox virginis precibus suscitatus est.

7 æ. 769 Pæonijs [4] reuocatum herbis, * ad sydera rursus 7 æ. 767
7 æ. 768 Ætheria, & superas cœli venisse sub auras.
6 æ. 277 Terribiles visu * seruabat filia sedes, 7 æ. 52

4 Accusatur de maleficio.

4 æ. 26 Pallentes vmbras, * Veneris monimenta [5] nefandæ. 6 æ. 26
1 ę. 59 Illi indignantes magno * certamine tendunt, 12 æ. 553
2 æ. 716 Hanc ex diuerso * crepitantibus vrere flammis. 1 g. 85
7 e. 49 Hîc focus, & tædæ pingues, hîc plurimus ignis:
12 æ. 673 Ad cælum vndabat vortex, * nec morte peribat. 4 ę. 696

5 Prostibulum.

8 æ. 707 Ipsa videbatur * comprendere crinibus ignem, 7 æ. 73
2 æ. 683 Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
2 æ. 684 Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
11 æ. 50 Fors & vota facit: * sed flammis cincta, sub [1] ipsa 12 æ. 811
9 æ. 239 Interrupti ignes * medij, spatiumque dedêre 12 æ. 696
2 æ. 333 Oppositi stat ferri acies mucrone corusco:
7 æ. 533 Sternitur, (hæsit enim sub gutture vulnus, & vdæ
7 æ. 534 Vocis iter, * primaque oriens erepta iuuenta est. 7 ç. 51
11 æ. 818 Labitur exanguis, labuntur frigida letho
11 æ. 819 Lumina: purpureus quondam color ossa reliquit.

Octauo die apparet suis parentibus ad sepulchrum eius lugentibus.

4 g. 552 POst, vbi nona suos aurora induxerat ortus:
1 æ. 319 Virginis os habitumque gerens * descēdit ab alto 8 æ 423
11 æ. 311 Ante oculos inter * mœstorumque ora parentum. 2 ç. 681
6 ç. 502 Qualis in Eurotę ripis, aut per iuga Cynthi
1 æ. 503 Exercet Diana choros: quam mille sequutæ,
4 g. 533 Cum [2] quibus illa choros lucis agitabat in altis.
1 g. 341 Tunc agni * ante oculos, & nota maior, imago. 2 ç. 773
1 æ. 507 Talis erat species, talem se læta ferebat
12 æ. 508 Per [3] medios: * roseoque hæc insuper addidit ore. 2 ç. 593
12 æ. 156 Non lachrymis [4] hoc tēpus ait, * non me impia nāq; 5 æ. 73
5 æ. 734 Tartara habent, tristesue vmbræ, sed amœna piorū
5 æ. 735 Concilia, Elysiumque colo, * sedesque beatas. 6 æ. 639
6 æ. 640 Largior hic campos æther & lumine vestit
6 ç. 641 Purpureo, solemque suum sua sydera norunt:
12 ç. 259 Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui.
7 æ. 406 Postquam visa satis * claraque in luce refulsit: 1 æ. 593
12 ç. 673 Ad cęlum * sublimis abit, sedesque reuisit 1 æ. 419
8 e. 32 O digno coniuncta viro, dum despicis omnes:
4 æ. 35 Esto ægram nulli quondam flexêre mariti.
11 æ. 588 Labere nympha polo, * & propius res aspice nostras: 1 æ. 530

> [1] Flamma hinc & hinc diuisa fuit.
>
> [2] Apparet stipata virginum turma, & Agnus in medio.
>
> [3] Parentes
>
> [4] Cōgaudete mecum &c.

1 æ. 334 Sis fœlix, nostrumque leues quæcumque laborem.

ACTA S. LVCIÆ.

Orans ad sepulchrum B. Agathæ sanitatem Matri impetrat.

1 Lucia 4 e. 10  Asta faue Lucina, [1] tuus * mihi nascitur ordo: 7 æ. 44
9 æ. 404 Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori.
2 Agatha ad cuius sepulchrum frequens erat concursus. 9 æ. 395 Nec longum in medio [2] tempus, cum * virgine cæsa, 2 æ. 116
4 g. 294 Omnis in hac certam regio * sperare salutem. 1 æ. 455
5 æ. 106 Famaque finitimos * longe lateque per vrbes 6 æ. 378
3 Lucia orans ad sepulchrum Agathæ. 5 æ. 107 Excierat: leto * decurrit tramite [3] Virgo, 5 æ. 610
5 æ. 93 Successit tumulo, * & supplex his vocibus vsa est. 1 æ. 68
9 æ. 310 Prosequitur votis: * proferret fata parentis: 12 æ. 395
9 æ. 216 Neu matri miseræ, * tenui discrimine lethi, 10 æ. 511
9 æ. 298 Solum defuerit: * causam euentusque secundet. 4 æ. 397
6 æ. 117 Alma precor miserêre, potes, * miserere parentis: 12 æ. 43
9 æ. 291 Hanc sine me spem ferre tui, * & succurre relictæ. 9 æ. 209
6 æ. 124 Talibus orabat dictis, arasque tenebat.
5 æ. 857 Vix primos inopina quies laxauerat artus:
2 æ. 270 In somnis ecce ante oculos * seque obtulit vltro 8 æ 611
4 Agatha apparet Luciæ. 2 æ. 591 Alma [4] parens, confessa Deam, qualisque videri
2 æ. 592 Cœlicolis & quanta solet: * sic ore vicissim 11 æ. 123
11 æ. 124 Orsa refert. * O luce magis dilecta sorori: 4 æ. 31
5 Quid à me petis quod ipsa poteris præstare matri tuæ. 10 æ. 607 O germana mihi, * [5] tota quod mente petisti, 4 æ. 100
9 æ. 302 Hæc eadem matrique tuę generique manebunt,
4 æ. 420 Et perferre soror * miseræ data copia matri: 9 æ. 484
8 æ. 404 Viribus indubitare tuis * absiste precando. 8 æ. 403
4 g. 326 En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
10 æ. 668 Omnipotens genitor * pro virginitate sacrauit: 12 æ. 141

4 æ. 48 Quā tu[1] vrbem, soror, hāc cernes? quæ surgere regna? — [1] *Syracusanam.*
7 æ. 458 Ollî somnum ingens rupit pauor, ossaque & artus
7 æ. 459 Perfudit toto proruptus corpore sudor.
7 æ. 541 Promissi dea[2] facta potens, sedesque reuisit 1 æ. 419 — [2] *Lucia voti compos.*
12 æ. 700 Lætitia exultans, & virginitatis amorem 11 æ. 583
11 æ. 584 Intemerata colit, iam dedignata maritos. 4 æ. 536

Ad lupanar tracta, sed immobilis perseuerans, pice & resina perfusa, ac demum gladio percussa virginitatem integram vitæ dispendio conseruauit. Passa est autem Syracusis Paschasio præfecto, sub finem Imperij Diocl. & Maxim.

4 æ. 68 Vritur[3] infelix, abducta[4] virgine, prædo 7 æ. 362 — [3] *Paschasius.* [4] *Lucia*
7 æ. 481 Vt ceruum cursu canis & latratibus instat, 12 æ. 751
4 g. 533 Sic adeo insistit, magnum si pectore possit 6 æ. 78
6 æ. 79 Excussisse Deum, traxitque per ossa furorem. 4 æ. 101
1 æ. 163 Est in secessu, (tenuis quà semita ducit, 11 g. 524
11 g. 525 Angustæque ferunt fauces) sub rupe[5] lupercal. 8 æ. 343
8 æ. 663 Hic exultantes Salios, nudosque Lupercos[6] — [5] *Lupanar* [6] *Impudicos & fornicatores.*
6 æ. 596 Cernere erat: tenebris nigrescunt omnia circum. 11 æ. 824
3 g. 244 In furias ignemque ruunt, nocturnaque bella. 11 æ. 736
3 g. 209 Sed non vlla magis vires industria firmat,
3 g. 210 Quàm venerem & cæci stimulos auertere amoris.
6 æ. 469 Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
12 æ. 374 Dum trahitur[7] pendetque iugis, immobilis hæret. 7 æ. 250 — [7] *A bobus tracta perstat immobilis.*
8 g. 442 Nunc manibus rapidis, & stupea vincula collo 2 g. 236
2 æ. 237 Intendunt, funemque manu contingere gaudent. 2 g. 239
3 æ. 542 Quadrupedes olim curru succedere sueti, 3 g. 541
3 g. 136 Contenta ceruice trahunt, non viribus vllis: 6 g. 147
12 æ. 85 Circunstant properi aurigæ, manibusque lacessunt.
5 æ. 680 Sed non idcirco magna vi flexa domatur: 1 g. 164
7 g. 587 Vt pelagi rupes magno veniente fragore,

10 æ. 694 Obuia ventorum furijs, expostaque ponto.
5 æ. 12 Ipse[1] gubernator *vltro implacabilis ardet: 12 æ. 3
4 æ. 285 Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.
4 æ. 287 Hæc alternanti potior sententia visa est:
6 æ. 246 Ignibus[2] imponit;* piceum fert fumida lumen 9 ç. 75
9 æ. 176 Tæda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.
9 æ. 105 Per pice torrentes * transfixo pectore flammas 1 æ. 48
7 æ. 687 Liuentis plumbi spargit * pars maxima glandes, 7 æ. 686
3 g. 449 Et spumas miscent argenti, viuaque sulphura.
9 æ. 799 Ille[3] quidem* vires in ventum effudit, & vltro 5 ç. 446
11 æ. 342 Surgit, & his onerat dictis:* Tibi nomina[4] mille, 7 æ. 337
7 æ. 338 Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus,
3 e. 49 Nunquam hodie effugies: * hæsitque in corpore ferrum, 11 æ. 864
9 ç. 580 Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.
6 æ. 66 Præscia venturi,* sic[5] fatis ora resoluit: 4 g. 452
5 æ. 304 Accipite hæc animis, *regique hæc dicite vestro. 1 æ. 141
3 æ. 543 Spes est pacis (ait) *nunc belli finis & æui 10 æ. 582
10 æ. 583 His dabitur terris:* ictum iam fœdus, & omnes 12 æ. 314
12 æ. 315 Compositæ leges:* ferro & compagibus arctis 1 ç. 297
1 æ. 298 Claudentur belli portæ.* Circundata nocte 4 g 497
4 æ. 689 Deficit, infixum stridet sub pectore vulnus:
3 g. 488 Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
10 æ. 849 Morte tua viuens,* tuque ô sanctissima vates, 6 æ. 65
11 æ. 408 Nunquam animâ talem dextra hac (absiste moueri)
11 ç. 409 Amittes: habitet * cœli in regione serena. 8 ç. 528
11 æ. 848 Nam quicumque tuum violauit vulnere corpus,
11 æ. 849 Morte luet merita:* pariter det sanguine pœnas. 11 æ. 591

Finis

[1] Paschasius.
[2] Pice resina & argento viuo perfusa.
[3] Paschasius.
[4] Vocat eam Magam.
[5] Prædixit finem persequutionis & mortem Impp.

FINIS IMPERII DIOCLET. ET MAXIMIANI.

Diocletianus Nicomediæ, & Maximianus Mediolani abdicant se Imperio. Quod factum Ethnici scriptores satietati quasi gloriæ tribuunt: Christiani vero desperationi, quod Christianum nomen se extinguere non posse viderent. An. Ch. 304.

7 æ. 591 VErum vbi nulla datur cæcum exsuperare potestas
7 ç. 592 Consilium, * diuûm effigies & templa tueri: 7 ç. 443
10 æ. 711 Substitit, infremuitque ferox * ab origine [1] Cæsar. 3 g. 48
9 æ. 694 Deserit incœptum; atque immani concitus ira,
4 æ. 204 Dicitur ante aras, media inter numina diuûm,
4 æ. 205 Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.
2 ç. 689 Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis,
2 æ. 690 Aspice nos, * ne noster honos, infractaue cedat 7 æ. 332
7 æ. 333 Fama loco: * satis est pœnam traxisse per omnem. 5 æ. 786
4 æ. 600 Non potui * ferro sceleratam exscindere [2] Gentem: 9 ç. 137
3 g. 121 Et patriam * antiqua [3] sub relligione tueri. 2 æ. 188
7 æ. 594 Frangimur heu fatis (inquit) * nos munera templis 4 æ. 217
4 æ. 218 Quippe tuis ferimus, famamque fouemus inanem.
1 g. 498 Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaque mater
1 g. 499 Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia seruas:
8 æ 509 Inuidet imperium * vobis Romana [4] propago, 6 æ. 870
1 æ. 276 Hîc iam tercentum [5] totos * dominata per annos. 2 æ. 363
1 æ. 543 Quod genus hoc hominũ * duris caput extulit aruis? 2 g. 341
2 æ. 151 Quidue petunt? quæ relligio * fœcundaque pœnis? 6 æ. 596
7 æ. 788 Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
3 g. 308 Densior hinc soboles: * immanis hiatibus hydra, 6 æ. 576

[1] *Diocletianus.*
[2] *Christianam religionem.* [3] *Deorum.*
[4] *C[illegible]na re[illegible].* [5] *[illegible]*

6 æ. 288 Horrendum stridens,* tot pullulat atra colubris. 7 æ. 328
4 æ. 595 Quid loquor, aut vbi sū? quæ mentē insania mutat?
1 c. 41 Quid facerem? * medias acies, mediosque per ignes 7 æ. 296
7 æ. 297 Inuenêre viam. At credo mea numina tandem
7 æ. 298 Fessa iacent: * dubitem haud equidem implorare quod vsquam est: 7 ę. 311
7 æ. 312 Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
2 g. 259 His animaduersis,* ob tantum dedecus amens, 10 æ. 681
7 æ. 600 Sepsit se tectis, rerumque reliquit habenas:
3 g. 120 Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hostes.
3 g. 517 Extremosque ciet gemitus: * nec purpura Regem 7 æ. 251
7 æ. 252 Picta mouet, nec sceptra mouent * curuæq; secures. 7 æ. 184

ACTA S. VICTORIS NOSTRI ANTESIGNANI.

Maximianus deposita purpurâ iterum affectans Imperium, insequente Constantino fugiens Massiliam se recipit. Ubi more solito cum in Christianos animaduerteret, Asterius & Eutichius Præsides apud ipsum detulerunt præ cæteris Victorem Massiliensem, nobilem militiæ Ducem, quod Christi miles effectus stipendia ab Imp. accipere recusaret.

5 ę. 245 VIctorem magna * supremum voce ciemus. 3 æ. 68
8 æ. 1 Vt belli signū * superi Regnator Olympi 2 æ. 779
8 æ. 2 Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu:
10 æ. 796 Proripuit iuuenis, seseque immiscuit armis.
12 æ. 225 Cui genus à proauis ingens, clarumque paternæ
12 æ. 226 Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.
12 æ. 682 Perque hostes, per tela ruit * sic denique Victor 3 æ. 459
6 æ. 235 Dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.
8 æ. 441 Arma acri faciendo viro: nunc viribus vsus.
1 æ. 296 Cana [1] fides, * auro squallentem alboque orichalco 12 æ. 87

[1] Arma fidei Christiane.

12 æ. 88 Circundat loricam humeris:* accommodat ensem, 2 ę. 393
8 æ. 620 Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem
5 æ. 262 Donat habere viro:* clypeique insigne decorum. 2 æ. 392
8 æ. 143 His fretus * iaculum intorquens emittit in auras 9 æ. 52
9 æ. 53. Principium pugnæ, & campo sese arduus infert
1 æ. 508 Per medios: instans operi, regnisque futuris.
2 ę. 129 Composito rumpit vocem, & * se deuouet aris. 12 æ. 234
9 æ. 51 Ecquis erit mecum (ô iuuenes) qui primus in hostē?
5 æ. 27 Iamdudum & frustra * mortalia demoror arma: 10 æ. 30
11 æ. 362 Nulla salus bello:* liceat dimittere ab armis, 10 æ. 46
6 ę. 259 Conclamat,* teneor patriæ nec legibus vllis. 2 æ. 159
7 ę. 122 Hic domus, hęc patria est,* requies ea certa laborū: 3 æ. 714
12 æ. 196 Suspiciens cœlum, tenditque ad sydera dextram.
11 æ. 451 Extemplò turbati animi, concussaque vulgi
11 æ. 452 Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ.
2 æ. 57 Ecce manus iuuenem[1] interea post terga reuinctū,
2 æ. 58 Pastores[2] magno ad[3] Regem clamore trahebant.
3 æ. 590 Cum subitò * diuûm templis indicit honorem. 1 æ. 636
1 g. 338 Imprimis venerare deos: * Iouis omnia plena. 3 e. 60
4 æ. 638 Sacra Ioui,* & repetens iterumq; iterumq; monebo 3 æ. 4
8 æ 60 Iunoni fer rite preces,* dominamque potentem 3 æ.
3 æ. 439 Supplicibus supera donis:* mihi Victor honorem 8 æ. 1
8 æ. 62 Persolues.* nec vana fides genus esse deorum. 4 æ. 1
10 æ. 812 Fallit te incautum pietas:* te triste manebit 7 æ. 5
7 æ. 597 Supplicium, votisque deos venerabere seris.
7 æ. 586 Ille velut pelagi rupes immota resistit:
11 æ. 4 Vota deûm, primò * sed reddere posse negabat: 3 e. 2
12 æ. 10 Tum sic affatur Regem,* qui viribus audax: 5 æ. 6
2 æ. 77 Cuncta equidē tibi Rex fuerint quæcunq; fatebor.
12 æ. 203 Quo res cunque cadent, nec me vis vlla volentem
12 æ. 204 Auertet: non si tellurem effundat in vndas:
6 æ. 672 Atque huic responsum paucis ita reddidit Heros
12 æ. pen. Feruidus.[3] Ast illi[4] ceruixq;, comæque trahuntur

1 Victorem. 2 Ministri & tortores 3 Maximianum Imp.

4 Victoris que alligatus per vrbem tractus.

1 æ. 482 Per terram: & versa puluis inscribitur hasta.
1 Massilienses. 4 æ. 132 Massylíque [1] ruunt: * tota discurritur vrbe. 11 æ. 468
2 Asterius praeses. 6 ç. 337 Ecce [2] gubernator * medijs in millibus ardet. 1 æ. 495
4 æ. 319 Qro (si quis adhuc precibus locus) exue mentē,
2 ç 524 Aut moriêre simul: * neque me sententia vertit: 1 æ. 264
9 æ. 560 Increpat his Victor: * nisuque immotus eodem, 5 æ. 437
3 æ. 654 Vos animā hanc potius quocunq; absumite letho.
6 ç. 105 Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.
5 æ. 812 Nunc quoque mens eadem perstat mihi, * quicquid acerbi est 12 ç. 678
12 ç. 679 Morte pati: * placidasque viri Deus obstruit aures. 4 ç. 440

Equo alligatus per vrbem tractus, horrendo carceri mancipatus, virgis cæsus, pede truncatus, mola pistoria tritus, capite minutus, Victor nomine & certamine gloriosus, cœlo palmam intulit. An. Ch. 307. Constantini. 2.

3 Carcer. 4 g. 296 Eligitur [3] locus, hunc angustique imbrice tecti,
4 g. 297 Parietibusq; premunt arctis, * sub luce maligna 6 ç. 270
2 ç. 250 Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox
2 ç. 251 Inuoluens vmbra magna terramque, polumque.
4 g. 303 Sic positum in clauso linquunt * & carcere cæco 6 æ. 734
9 æ. 329 Tres iuxta famulos: * fessos sopor irrigat artus. 3 æ. 511
11 æ. 725 At non hæc nullis hominum sator atque Deorum
11 æ. 726 Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo.
3 æ. 512 Necdum orbem medium nox horis acta subibat:
4 Ang[illegible] [illegible] [illegible] 4 ç. 378 Interpres [4] Diuûm * superis concessit ab oris, 2 æ. 91
3 æ. 688 Missus adest, * omnis curæ casusque leuamen. 3 æ. 709
5 æ. 250 Victori * Deus ipse faces animumque ministrat. 5 æ. 640
9 æ. 652 Atque his ardentem dictis * affatur amicum: 9 ç. 198
9 æ. 296 Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis:
2 æ. 620 Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam.
12 æ. 159 Author ego audendi: * satis est potuisse videri. 6 e. 24.

5 æ. 540 Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras.
1 g. 418 Mutauêre vias*[1] custodes limine ab alto 8 æ. 461
2 æ. 339 Addunt se socios: * infusaque flumina prosunt. 5 æ. 684
6 ç. 428 Quos dulcis vitæ exortes, vt ab vbere raptos
6 æ. 429 Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
12 æ. 583 Exoritur trepidos inter discordia ciues
12 æ. 239 Iam magis atque magis: * signum clamore paratis 5 æ. 578
5 æ. 579 Epytides[2] longe dedit, insonuitque[3] flagello:
5 æ. 457 Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra,
5 æ. 460 Creber vtraque manu: * quàm multa grádine nimbi 5 æ. 458
9 æ. 670 In vada præcipitant, cum Iuppiter horridus Austris
9 æ. 671 Torquet aquosã hyemẽ, & cœlo caua nubila rũpit.
12 æ. 101 His agitur furijs: totoque ardentis ab ore
12 æ. 102 Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
12 æ. 691 Sanguine terra madet: * laniatum corpore toto 6 æ. 494
6 æ. 462 Per loca senta situ cogunt, noctemque profundam:
2 æ. 755 Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrent.
8 æ. 714 At[4] Cæsar, * supplex aris imponat honorem 1 æ. 53
7 æ. 169 Imperat: & solio medius consedit auito.
2 æ. 512 Ædibus in medijs, nudoque sub ætheris axe.
2 æ. 513 Ingens ara fuit, * multos seruata per annos 2 æ. 715
5 æ. 331 Hic[5] iuuenis iam Victor ouãs * progressus, & aram 12 æ. 219
12 æ. 380 Impulit, effuditque solo: * pede feruidus vrget. 12 æ. 748
12 æ. 496 Multa Iouem & læsi testatus fœderis aras
12 ç. 486 Heu quid[6] agat? vario nequicquam fluctuat æstu,
12 ç. 487 Diuersæque vocant animum in contraria curæ.
3 g. 460 Ima ferire pedis, * vix hæc sententia sedit. 11 æ. 551
5 æ. 453 At non tardatus casu neque territus Heros:
5 ç. 454 Acrior ad pugnam redit, * atque attollit in ægrum 10 æ. 856
10 æ. 857 Se femur: & quamquam vis alto vulnere tardat,
6 æ. 736 Non tamẽ omne malũ; * nec longum tẽpus, & ingẽs 2 g. 80
9 ç. 611 Debilitat vires animi mutatque vigorem.
2 æ. 143 Intemerata fides, * & mens sibi conscia recti, 1 æ. 609

1 Tres milites Felicianus Alexander & Longinus carceris custodes, conuersi martyrium subierunt.
2 Nomen tortoris.
3 Victor virgis cæsus.
4 Maximianus.
5 Victor pede deiicit aram & idolum Iouis.
6 Maximianus iubet ipsi pedem abscindi.

4 g. 310 Trunca pedum primo* regit & vestigia firmat:* 3 æ. 659
6 æ. 407 Nec magis incœpto vultum sermone mouetur,
6 æ. 471 Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
6 æ. 60 Massylum gentes, *circum clamore fremebant, 6 æ. 175
1 Furor plebeius contra Victorem. 2 æ. 131 Vnius in[1] miseri exitium:* subitira, cadentem 2 æ. 575
2 æ. 576 Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
2 Mola tritus pistora. 1 æ. 182 Expediunt fessi rerum * cerealiaque [2] arma, 1 æ. 181
2 g. 242 Colaque prælorum,* & non exuperabile saxum: 3 g. 39
2 ç. 447 Extrema iam in morte parant * & frangere saxo. 1 æ. 183
10 æ. 845 Ad cœlum tendit palmas.* Quà summa labantes 2 æ. 463
2 æ. 464 Iuncturas tabulata dabant,* conuulsa ruina 3 æ. 414
3 æ. 416 Dissiluisse ferunt:* cœlum tonat omne fragore. 9 æ. 541
9 æ. 710 Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
9 æ. 711 Saxea pila cadit, * tormento ponderis acti. 11 æ. 616
9 æ. 757 Et si continuo Victorem ea cura subisset:
10 æ. 794 Ille pedem referens * casus euaserat omnes. 4 g. 485
12 æ. 379 Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis,
8 æ. 428 Deijcit in terras* lacerum crudeliter ora. 6 æ. 495
9 æ. 66 Ignescunt iræ:* Nostrasne euadere demens 9 æ. 560
9 æ. 561 Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
3 Asterius. 6 æ. 337 Ecce [3] gubernator:* vim duram & vincula capto 4 g. 399
4 g. 400 Tende, doli circum hæc demum frangentur inanes:
10 ç. 740 Victor nec longùm lætabere:* nec minus ille 10 æ. 812
10 æ. 813 Exultat,* quanquam in media iam morte tenetur. 2 ç. 533
4 Victor decollatus. 9 æ. 33 Hostis adest:* [4] ferroque secat pendentia colla, 9 æ. 331
4 æ. 415 Ne quid inexpertum:* scelerisue doli ue fuisset. 8 æ. 206
9 æ. 349 Purpuream vomit ille animam* discrimine tanto, 3 æ. 629
1 æ. 29 Nec dum etiam causæ irarum, sæuique dolores
1 æ. 30 Exciderant animo:* & sæuo sic pectore fatur 12 æ. 888
5 Maximianum iubet S. Victorem cum tribus sociis in mare præcipitari. 11 æ. 901 Ille furens,[5] (nam sæua Iouis sic numina poscunt,
1 æ. 287 Sic placitum,* mœstos & mortis honore carentes 6 æ. 333
10 æ. 560 Vnda feret, piscesque impasti vulnera lambent.
5 æ. 793 Proh scelus! Ecce etiã * iacet ingens littore truncus, 2 ç. 557

2 æ. 558 Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus:
10 æ. 740 Victor nec longùm * medijs effusus in vndis. 6 ç. 339
9 æ. 317 Corpora fusa vident, * fluctuque, æstuque secundo. 10 æ. 687
6 æ. 177 Haud mora festinant flentes, aramque sepulchri
6 æ. 178 Congerere arboribus, * diuiniquē ossa Parentis, 5 æ. 47
11 ç. 786 Quē primi colimus, * meritosq; nouamus honores. 8 æ. 189
6 æ. 540 Hic locus [1] est * fama multis memoratus in oris, 7 ç. 564
11 æ. 769 Insignis longe, * magnæ sub mœnibus vrbis, 12 æ. 1:6
3 æ. 404 Et positis aris, * & relligione [2] Parentum: 7 æ. 172
6 æ. 664 Quique sui memores alios fecêre merendo,
6 æ. 663 Inuentas aut qui vitam excoluêse per artes.
7 æ. 620 Tum Regina [3] Deûm, * reddi sibi poscit honorem: 5 æ 342
2 g. 462 Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.
1 æ. 421 Thure calent aræ, sertisque recentibus halant
1 æ. 730 Atria: dependent lychni * de culmine summo 1 g. 142
1 æ. 731 Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.
1 æ. 500 Regina ad [4] templū, * (dum fata, Deusque sinebant) 4 æ. 651
1 ç. 501 Incessit, magna iuuenum stipante caterua.
3 æ. 113 Et iuncti Dominæ * curru succedere sueti 3 æ. 541
3 æ. 542 Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre:
7 æ. 278 Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
7 æ. 279 Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.
5 æ. 509 Tum foribus Diuæ media testudine templi,
1 æ. 510 Septa armis, solioque alte subnixa resedit.
11 æ. 481 Succedunt matres, & templum thure vaporant.
1 æ. 744 Post alij proceres, * medijs in millibus ipsi 12 æ. 125
12 æ. 126 Ductores, auro volitant ostroque decori:
5 æ. 101 Dona ferunt, onerantque * suis altaria donis. 5 æ. 54
7 æ. 285 Sublimes in equis redeunt, * ad regia plenis 11 æ. 236
11 æ. 237 Tecta vijs: * gaudetque tuens ante ora frementes 12 æ. 82
8 æ. 656 Porticibus Gallos, * misto premit agmine turba. 11 æ. 880
11 ç. 159 Fœlix morte [5] tua, * quo non fœlicior alter 9 æ. 772
5 e. 65 Sis bonus ô fœlixque tujs: * hanc aspice gentem, 6 æ. 788

[1] Abbatia S. Victoris sita iuxta muros Parisienses.
[2] Canonicorum regularium.
[3] Deuotio erga B. Virginem in crypta templi S. Victoris.
[4] Maria Medicea diebus sabbathi solita inuisere ædē S. Victoris.
[5] Oratio ad sanctum Victorem patronum nostrum.

2 æ. 677 Hanc primum tutare domum, * decus addite Diuis 8 æ. 301
4 ç. 317 Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
4 æ. 318 Dulce meum; miserere domus, * certamine Victor. 5 æ. 493
1 æ. 254 Nos tua progenies: * tantarum in munere laudum, 8 ç. 273
5 ç. 53 Annua vota tamen, solemnesque ordine pompas
4 æ. 639 Perficere est animus, * sub te tolerare Magistro 8 æ. 515
8 æ. 516. Militiam & graue Martis opus: * solemnia vota 5 e. 74
5 æ. 484 Persoluo hic Victor, * quę rite incœpta paraui. 4 æ. 638
12 æ. 840 Nec gens vlla tuos æque celebrabit honores.

Maximianus triduo post Massiliæ inclusus, de salute desperans laqueo sibi vitam eripuit.

1 *Apostrophe ad Maximianum.*
2 æ. 776 QVid [1] tantum insano iuuat indulgere labori?
5 ç. 466 Non vires alias, conuersaque numina sentis?
5 æ. 467 Cede Deo, * cœlum & terras qui numine torquet. 4 æ. 269
5 æ. 245 Victorem * indigetem scis ipse & scire fateris 12 ç. 794
12 æ. 795 Deberi cœlo, fatisque ad sydera tolli.
2 *Massilienses.*
8 æ. 489 At fessi tandem [2] ciues, infanda furentem
8 æ. 490 Armati circumsistunt, ipsumque, domumque.
5 æ. 701 Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
5 æ. 702 Mutabat versans, * & regnis exul ademptis: 8 æ. 320
10 æ. 681 An sese mucrone, ob tantum dedecus amens
10 æ. 682 Induat, & crudum per costas exigat ensem.
3 g. 233 Arboris obnixus * ramo frondente pependit. 7 æ. 67
10 ç 745 Olli dura quies oculos & ferreus vrget
10 æ. 746 Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

ACTA

ACTA S. CATHARINÆ.

Cath. Virgo Alexandrina studijs literarum imbuta 50. Rethores & Philosophos publicè disputando superauit, Imperatricem cum Porphyrio & CC. militibus conuertit, ac ex idolorum cultoribus Martyres effecit. Maximinus vero Imperator Orientis cũ Cath. insano amore deperiret, nec tamen ea frui posset, inedia et verberibus attritam machinæ rotarum subditam, capitalem subire sententiam coëgit. An Ch. 307. — *Alii Maxentius sed male.*



7 æ. 803 Os super aduenit, * perque horrida castra sequuta est 10 e. 23
1 æ. 497 Bellatrix, audetque viris concurrere Virgo.
7 æ. 812 Illam omnis tectis agrisque effusa iuuentus,
7 æ. 813 Turbaque miratur matrum, & prospectat euntem.
11 æ. 100 Iamque [1] Oratores aderant * in limine Regis: 12 æ. 849 — *1 50 Rhetores & Philosophi disputant cum S. Katharina.*
9 æ. 720 Vndique conueniunt, quoniam data copia pugnæ.
1 g. 478 Parte alia, * fandi doctissima Cymodocea [2] 10 æ. 225 — *2 Katharina.*
7 æ. 805 Bellatrix: non illa colo calathisue Mineruæ.
2 æ. 1 Conticuêre omnes: * impar ea pugna videri, 12 æ. 216
11 æ. 764 Quâ victrix redit illa, pedemque ex hoste reportat.
11 æ. 222 Multa simul contrà varijs sententia dictis:
9 e. 5 Nunc victi tristes, quoniam * cessêre Magistri. 3 g. 549
2 æ. 715 Relligione patrum, * perfusi [3] flumine sacro, 2 g. 147 — *3 Rethores baptisati & martyres facti.*
2 æ. 351 Excessêre omnes, adytis arisque relictis:
3 æ. 545 Et capita ante aras, * aut ignibus ægra dedêre. 2 æ. 566
7 æ. 81 At rex sollicitus * [4] nunc huc, nunc fluctuat illuc: 10 æ. 680 — *4 Maximinus.*
4 æ. 203 Isque amens animi, & rumore accensus amaro,
8 æ. 709 Illam inter cædes, * speluncis abdidit atris. 1 æ. 64
1 æ. 180 Nutrimenta dedit * subitò commota [5] columba. 5 æ. 213 — *5 à Columba nutrita in carcere*

5 æ. 405 Terga boum ferro insuto plumboque rigebant:
2 æ. 88 Dum stabat* niueis hinc atque hinc Diua lacertis, 8 æ. 387
2 ç. 512 Ædibus in medijs,* ingenti adnixa columnæ. 12 æ. 92
1 Nomen suppositum pro tortore. 6 æ. 571 Tisiphone[1] quatit insultans*, accincta flagello: 6 ç. 570
12 æ. 451 Qualis vbi ad terras abrupto sydere nimbus,
12 æ. 452 It mare per medium,* densisque nigerrimus Austris. 5 æ. 696
2 Imperatrix cum 200. martyrisatur. 4 æ. 1 At[2] Regina graui iamdudum saucia cura
4 ç. 2 Vulnus alit venis,* pugnæ conterrita sorte. 12 æ. 54
1 æ. 509 Tum foribus Diuæ,* Phrygijs comitata ministris 2 ç. 580
11 ç. 499 Occurrit, portisque* fidem mutata nouauit: 5 æ. 604
11 æ. 800 Conuertêre animos acres, oculosque tulêre
11 æ. 801 Cuncti ad reginam: * reginæ nomen obumbrat. 11 æ. 223
12 æ. 610 Coniugis attonitus fatis,* rex deinde superbo 8 æ. 481
11 æ. 235 Imperio accitos,* patriasque obtruncat ad aras. 3 æ. 332
1 æ. 61 Sceptra tenens, mollitque animos & temperat iras
4 æ. 533 Sic adeo insistit, *Nullum memorabile nomen 2 æ. 583
2 æ. 584 Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem.
2 æ. 107 Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur:
6 æ 387 Sic prior aggreditur dictis:* Ne temne quod vltro 7 æ. 236
7 æ. 237 Præferimus manibus,* eborisque, aurique talenta: 11 æ. 333
11 ç. 334 Et sellam regni, trabeamque insignia nostri.
6 e. 47 Ah virgo infœlix, quæ te dementia cœpit?
9 ç. 212 Te superesse velim: tua vita dignior ætas.
10 æ. 547 Dixerat, ille aliquid magnum, vimque affore verbo
10 æ. 548 Crediderat, cœloque animum fortasse ferebat.*
4 æ. 362 Talia dicentem iamdudum auersa tuetur:
5 æ. 532 Muneribus cumulat magnis,* non talia curat, 10 e. 28
3 g. 263 Nec moritura super crudeli funere virgo
12 ç. 46 Flectitur; exuperat,* puraque interrita parma 11 æ. 711
2 æ. 357 Exegit* thalami expertem sine crimine vitam. 4 æ. 550
8 æ. 266 Terribiles oculos* horrenda in virgine fixus, 11 æ. 507
3 Maximinus iubet machinam rotarum praeparari. 10 æ. 293 Aduertit[3] subito,* spe multum captus inani, 11 æ. 49
11 æ. 229 Nil magnas valuisse preces,* nil dona, nec aurum. 11 ç. 227

3 g. 100 Incaſſum furit: ergo * æquataque machina cœlo, 4 æ. 89
6 æ. 181 Fraxineæque trabes, cuneis & fiſſile robur
6 æ. 182 Scinditur; aduoluunt ingentes montibus ornos.
2 æ. 235 Accingunt omnes operi, * radijſque rotarum 6 æ. 616
6 æ. 248 Supponunt alij cultros, * nunc ſpicula vertunt. 5 æ. 586
12 æ. 553 Nec mora, nec requies: * ea lapſa repente ruinam 2 æ. 465
2 æ. 466 Cum ſonitu trahit, & Danaûm ſuper agmina late
2 ç. 467 Incidit: aſt alij ſubeunt, * fragor intonat ingens. 8 æ. 527
9 æ. 542 Semineces ad terram, immani mole ſequuta,
9 æ. 190 Procubuêre ſuper confuſæ ſtragis aceruum. 6 æ. 504
4 g. 523 Tum quoque [1] marmorea caput à ceruice reuulſum — *1 Decollata virgo lac emittit pro ſanguine.*
3 g. 463 Et lac concretum * pro virginitate reponit, 12 æ. 878
11 æ. 846 Extrema iam in morte: Neq; hoc ſine nomine lethũ
11 æ. 847 Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
1 æ. 227 Et iam finis erat: * corpuſque [2] exangue ſepulchro 2 æ. 542 — *2 Corpus eius in mõte Sina ab Angelis ſepultum.*
12 æ. 729 Alte ſublatum, * ſummoque in vertice montis, 11 ç. 526
10 æ. 6 Cœlicolæ magni * ingenti ſubiêre pheretro. 6 æ. 222

PAX ECCLESIÆ REDDITA A CONSTANTINO PRIMO* IMPERATORE CHRISTIANO: *ſimulque donatio facta vrbis Romæ S. Syluestro Papæ.* An. Ch. 324. Conſtant. 19.

1 æ. 295 ASperatum poſitis miteſcent ſæcula bellis.
8 æ 187 Vana ſuperſtitio veterũ * quæ reddita Diuis 12 æ. 817
4 e. 9 Deſinet: ac toto ſurget gens aurea mundo.
1 æ. 296 Cana [3] fides, & Veſta, Remo [4] cum fratre Quirinus, — *3 Religio Chriſtiana* — *4 S.S. Petrus & Paulus*
1 æ. 297 Iura dabunt, * legeſque viris, operumque laborem. 1 æ. 501
8 æ. 349 Iam tum Relligio * cunctis dominabitur oris. 3 æ. 97
9 e. 47 Ecce [5] Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum, — *5 Conſtantini magni Imp.*
6 æ. 810 Regis Romani: * nobis quo iuſtior alter 1 æ. 548
1 æ. 549 Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.
7 ç. 648 Contemptor Diuûm, * regnumque [6] à ſede Lauini 1 æ. 274 — *6 Imperiũ Romanum transfert Conſtantinopolim.*
1 æ. 275 Transferet, & longam multa vi muniet Albam.

1 æ. 627 Tempore iam ex illo,* regnis excessit auitis: 3 g. 221
1 Syluestro Papa. 5 æ. 94 Hoc magis inceptos [1]Genitori instaurat honores:
4 e. 36 Atque iterum * sacra longæuum in sede locauit. 2 ę. 525
1 e. 20 Vrbem quam dicunt Romã * transmisit habendã. 3 æ. 329
1 e. 25 Verum hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,
1 e. 26 Quantùm lenta solent inter viburna cupressi:
3 æ. 570 Portus ab accessu ventorum immotus & ingens,
2 g. 535 Septemque vna sibi muro circundedit arces.
2 Roma sedes Apostolica. 7 æ. 175 Hæ sacris [2] sedes: *custos Soractis [3] Apollo, 11 æ. 785
6 æ. 609 Pulsatusue Parens,* sedet, æternùmque sedebit. 6 æ. 617
3 S. Syluester exul in monte Soracte reuocatur. 1 æ. 6 Italiam fato,* Capitoli immobile saxum 9 ę. 448
9 æ. 449 Accolet, Imperiumque Pater Romanus habebit:
3 æ. 98 Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
2 æ. 795 Sic demum * facta pariter nunc pace feruntur. 5 æ. 587

Hic figenda erat anchora si tam celebre virginum numerositate certamen prætermittere licuisset.

ACTA SS. VNDECIM MILLIVM VIRGINVM.

Maximus Dux sub Gratiano Imperatore Tyrannidem arripiens in Britannia, cum Armoricos expulisset, a Cornubiæ Rege in Britãnia expetijt virgines singulis militibus fœderandas vt coloniam habitatoribus vacuam propagaret. Igitur delectæ sunt virgines vndecim mille duce S. Vrsula Dionori Regis Cornubiæ filia Quæ omnes nauigijs impositæ, in pyratas Melgam & Gaunum incidentes, pro tuenda virginitate sese gladijs hostium libenter exposuerunt.

An Ch. 383. Gratiani 17.



9 æ. 525 Vos (ô Calliope) precor aspirate canenti:
9 æ. 528 Et mecum ingentes oras euoluite belli.
7 ę. 642 Qui bello exciti Reges:* nam sæpe duobus 4 g. 67

4 g. 68 Regibus incessit magno discordia motu.
3 g. 556 Iamq; cateruatim dat stragem * Maximus armis, 2 æ. 339
10 æ. 604 More furens * torrentis aquę, vel turbinis atri. 10 æ. 603
8 æ. 509 Inuidet Imperium* hic primus sęuasque secures, 6 æ. 819
3 g. 47 Cæsaris & nomen,* pugna congressus iniqua. 10 ę. 589
10 ę. 167 Sub quo mille manus iuuenũ* quique arma sequuti 6 ę. 612
6 ę. 613 Impia, nec veriti dominorum fallere dextras.
8 æ. 685 Hinc ope barbarica:* campoque potitus aperto, 11 æ. 493
4 ę. 265 Continuò inuadit* septem subiecta Trioni; 3 g. 381
1 e. 67 Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
7 æ. 591 Verum vbi* insultans tot ferro sæua dedisset 8 æ. 570
8 æ 571 Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem:
3 æ. 136 Connubijs, aruisque nouis operata iuuentus,
7 æ. 238 Et petière sibi & voluère adiungere gentes.
10 æ. 36 Quid repetã*[1] Romam & raptas sine more Sabinas? 8 æ. 635
1 æ. 507 Talis erat species,* si rite audita recordor. 3 æ. 107
4 g. 338 Nesæe,[2] Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
4 g. 336 Drymoque, Xantoque, Lygeaque, Phyllodoceque:
10 e. 10 Naïades[3] quas ipsa decus sibi Dia Camilla[4] 11 ę. 657
11 æ. 658 Delegit, pacisque bonas, bellique ministras.
1 ę. 504 Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetrã
1 æ. 505 Fert humero, gradiẽsque Deas supereminet omnes.
1 æ. 306 Et iam iussa* phalanx instructis nauibus ibat, 2 æ. 254
4 æ. 582 Littora deseruêre, latet sub classibus æquor.
4 æ. 52 Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion,
4 ę. 53 Quassatæque rates: & non tractabile cœlum
1 æ. 516 Dispulerat, penitusque alias aduerterat oras.
3 æ. 675 At genus è syluis Cyclopum,[5] & montibus altis
3 ę. 676 Excitum ruit ad portus, & littora complent.
12 æ. 668 Et furijs agitatus amor:* auertere prædas 10 ę. 78
2 ę. 168 Virgineas ausi,* & gremijs abducere pactas. 10 æ. 79
11 æ. 736 At non in Venerem segnes, nocturnaque bella?
4 g. 337 Cæsariem effusæ nitidam per candida colla,

1 Romani Sabinas sibi fœderarunt in vrbis conditione.
2 Nomina Virginum
3 Virgines.
4 S. Vrsula.
5 Pyratarũ

10 æ.302 Omnes innocuę,* vitam sub nube relinquunt 3 g. 547
1 æ. 402 Vt cœtu cinxêre polum, cantusque dedêre
6 æ.887 *Aëris in campis latis * ad sydera cygni. 9 e. 29
11 æ 832 Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor
11 æ. 833 Sydera: deiecta crudescit pugna Camilla.
11 æ. 533 Vnam ex virginibus socijs sacraque caterua
4 æ. 390 Linquens multa metu cunctâtem,* & morte futura 8 æ. 709
11 æ. 821 Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ
4 æ. 660 Sed moriamur (ait) sic sic iuuat ire sub vmbras.
3 æ 321 O fœlix vna ante alias,* quam mille sequutæ 1 æ. 505
10 ę. 641 Morte obita:* quæ sortitus non pertulit vllos, 3 æ. 323
3 æ.324 *Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
10 e. 70 Hæc sat erit Diuæ vestrum cecinisse Poëtam.
5 æ. 534 Talibus auspicijs,* mox sese attollit in auras 4 æ. 176
6 æ.790 Progenies, magnum cœli ventura sub axem:
5 æ. 748 Edocet & quæ nunc * patrijs virtutibus orbem. 4 e. 17
1 æ. 64 Sed Pater omnipotens * insignem reddidit arte: 5 æ. 705
4 g. 316 Vnde noua ingressus hominum experientia cepit.
4 g. 294 Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
7 æ. 86 In dubijs responsa petunt,* populusque, patresque: 9 æ. 192
4 g. 449 Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus.

Sorbona filia a facultate Theologiæ a qua patronam habet S. Vrsulam.

ORATIO AD DEVM. 12 æ. 791

8 e. 11 A te principium, tibi desinet, accipe iussis
8 e. 12 Carmina cœpta tuis,* Rex omnipotētis Olympi. 6 æ. 787
4 g. 116 Atque equidem extremo ni iam sub fine laborum
4 g. 117 Vela traham, & terris festinem aduertere proram, 2 g. 106
5 æ. 54 Exequerer, struéréque * omnes supera alta tenētes:
11 æ. 343 Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem.
2 g. 103 Sed neque quā multæ * zephyro turbentur arenæ
2 g. 108 Nosse, quot Ionij veniant ad littora fluctus:
6 æ. 311 Quam multę glomerantur aues, vbi frigidus annus

SS. Martyrum.

6 æ. 312 Transpontum fugat, & terris immittit apricis,
2 g. 104 Est numerus: neq; enim numero cóprehédere refert
6 æ. 787 Omnes cœlicolas.* Si quis tamē hæc quoque, si quis 6 e. 9
6 e. 10 Captus amore leget,* pro maiestate tuorum: 12 æ. 820
7 ç. 401 Si qua pijs animis* insignis gloria facti, 12 æ. 322
10 æ. 792 Si qua fidem tanto est operi latura vetustas:
1 æ. 614 Semper honos, nomenque tuū, laudesq; manebunt.

ORATIO AD SS. MARTYRES.

1 ç. 441 O Fortunati* quibus est fortuna peracta 3 æ. 493
3 æ. 494 Iam sua: nos alia ex alijs in fata vocamur:
3 æ. 495 Vobis parta quies,* omnisque in limine 7 æ. 598
portus:
2 æ. 783 Illic res lætæ, regnumque,* & amœna vireta. 6 æ. 638
5 æ. 71 Ore fauete omnes,* animis, & viribus æquis. 10 æ. 357
1 æ. 337 Erramus vento huc, vastis & fluctibus acti:*
3 æ. 7 Incerti quò fata ferant, vbi sistere detur.
3 æ. 564 Tollimur in cœlum curuato gurgite, & ijdem
3 æ. 565 Subducta ad manes imos descendimus vnda:
6 æ. 673 Nulli certa domus,* pauci læta arua tenemus. 6 æ. 744
6 æ. 264 Dij quibus imperium est animarū,* aduertite numē: 4 æ. 611
4 æ. 612 Et nostras audite preces,* discrimine tanto. 3 æ. 629
6 æ. 194 Este duces, ô si qua via est,* miserum inter amorem 5 æ. 655
5 æ. 656 Præsentis terræ, fatisque vocantia regna.

Laus Deo & Sanctis eius.



EPILOGVS
AD B. VIRGINEM MARIAM IN CRYPTA S. VICTORIS honoratissimam.



ON ego te (Virgo sacratissima) inter Martyrum palmas insalutatã, absque graui piaculo, possum relinquere. Nec solùm te Martyrem sed plusquam Martyrem prædicare, quæ nimirum in te & Filio tuo passa es. Tu immaculatum Agnum in vtero clausum portasti, in cuius sanguine Martyres superarunt, & stolas suas dealbarunt. Accipe itaque pretiosam Filij tui mortẽ, et Sanctorum, meque ac potius omnem nostram familiam, meis manibus tale munus offerentem, continuis præsidijs fouere non desine. Tibi enim de nobis peculiaris cura semper extitit: tibi Patres nostri sedulum obsequium impenderũt. Inter quos venerabilis Magister Adamus, velut quondam regius Propheta coram Arca Domini psalmos decantabat, sic ille suas prosas & rythmos spirituales ante sacram imaginem tuã dictitabat. Cumque semel prosam Annuntiationis Dominicæ feruẽtissimè recitaret: tua sacra effigies prono ac demisso capite mutuæ salutationis vicem suo famulo repẽdere dignata est. Vnde loci huius fama ac religio longè latèque propagata, sub tuo titulo Dominæ boni nuntij, ad hæc vsque tempora perseuerat. Hoc tutissimũ vrbis Lutetiæ asylum, vbi crebra coruscant miracula, quò etiam multi deprecaturi conueniunt, ac de perceptis à Deo beneficijs plurimum gratulantur.

Apage veteres illos Romanos qui suam Vestam tanta superstitione colebant, vt sub illius tutela vrbem perpetuò mansuram crederent, hac oraculi voce decepti,

Ætheriam seruate Deam, seruabitis vrbem.

Apage et Virgines ipsi consecratas, ignis æterni custodes, quem semel extinctum non aliunde, quàm Solis radijs reparare fas erat. In te, ô Deipara Virgo, Christiani potiori iure totam spem suam constituunt, quæ tanto es in auxilio præsentior, quantò in honore sublimior! Ac præsertim Victorinæ domus alumni, clientes tui, ad quos spectat ignem sacrum publicæ deuotionis fouere & custodire! Felicem nostram tam ingenti thesauro Ecclesiam! O sol iustitiæ Iesu Christe, qui venisti ignem mittere in terram vt ardeat, Matris tuæ precibus amoris tui flammas in cordibus nostris accende: Ignis qui nunquam deficis, ignis qui semper ardes & nunquam extingueris, nos combure, nos consume: ignis qui sursum tendis, exutos carnis onere tecum nos transfer ad cælestem gloriam, vt in regno Patris nostri velut stellæ perpetuò fulgere valeamus. Amen.

FINIS.

INDEX EORVM QVÆ IN SACRA ÆNEIDE CONTINENTVR.

P ij

